



**Responsio Altera M. Petri VVarenbvrgi Ab Altenkirchen ad scriptum Hermanni Hamelmanni, quo hic conatur probare, Ambrosium VVolfium, & alios (quos ipse appellat) sacramentarios, falso pro se allegare B. Theodoreti testimonia : Item, Ad iudicium ab eodem Hamelmanno editum de libro Consensus Orthodoxi in causa Eucharistica.**

<https://hdl.handle.net/1874/427716>

RESPONSIO ALTERA  
M. PETRI VV A=  
RENBURGI AB ALTENKIR-  
chen ad scriptum Hermanni Hamelman-  
ni, quo hic conatur probare, Ambrosium  
VVolfium, & alios (quos ipse appellat) sa-  
cramentarios, falso pro se allegare B. The-  
odoreti testimonia.

I T E M,

Ad iudicium ab eodem Hamelmanno editum de  
libro Consensus Orthodoxi in causa  
Eucharistica.

Plat. de Rep. Dial. 1.

Siquidem verè cognoscerevis, quid sit iustum, non solum in-  
terroga, neg, redargendo gloriare, ubi quis quid respon-  
deat; cum hoc scias, facilius esse interrogare, quam re-  
spondere::



NEAPOLI NEMETVM  
excudebat Matthaus Harnisch.

Anno c15. I. xxcl.



3

M. PETRO VVAREN-  
BURGIO AB ALTENKIRCHEN,  
NICOLAVS SCHONHOVIVS.  
S. D.

**B**ERGRATA mihi fuit, iucundissime Petre, Responsio tua, opposita maledico scripto Hermanni Hamelmanni: qui adeò se ipsum admiratur, ut si quid factum à se narrare vult, cum singulari demonstratio (ego) velut Iehova aliquis inchoare soleat. Quanquam verò hic *ego* multis nominibus acri reprehensione dignus fuerit: tamen nonnullis visa est tua responsio plus & quo acerba, ijs nimirum, quibus erat persuasum, nullum ab aliquot annis eruditius scriptum in lucem prodijsc. Quorum opinionem falsam esse, & contrà nullum indoctius pluribusque mendis & mendacijs referatum, tu satis quidem euidenter, quamuis valde *λαονινῶς* ostendisti. Quoniam verò tanto gratius fuit multis, quanto succinctius, & si non sine aculeis, mitto tibi aliud eiusdem Egonis Hermanni Hamelmanni (tribus enim nominibus tantum virum appellari decet) opusculum, nuper contra Ambrosium VVolsum, & alios plerosq; quos ipse nominat Sacramentarios, publicatum, quoque te per antiquam consuetudinem nostram, ut simili castigatione excipias, qua prius. Nam cum quotidie in sole scere cum magis magisque referant, quod neminem sibi resistere videat, prodest hoc pacto nonnihil illius ferociam retundere. Sparserat nuper rumusculum de exautorato Iohanne Sturmio propter Antipappos ab eo scriptos; Sed hunc falsum esse, & Sturmium Christiana παρηστά, & autoritate

*Johannes  
Sturmius.*

A 2 assidue

assiduè crescere, iam ipse credo intellexisti. Mirarer <sup>ayat</sup> ~~ayat~~  
*θεούσιν* istos tam mendaciter de suis aduersarijs loqui, ni-  
 si scirem etiam de summis fidei articulis noua quotidie,  
 mendaciaque dogmata spargere, ac formulas varias, tum  
 sermonis, tum doctrinæ Christianæ fabricare. Incidi nu-  
 per in Antisturmium Osiandri, qui sic interpretatur Chri-  
*L. Osiand-*  
*der.*  
 sti verba de Coena Eucharistica: Accipite & comedite,  
 mox, quid? rogat, respondetque, hoc est corpus meum:  
 Quasi Christus ita dixisset, accipite & comedite corpus  
 meum: Quum tamen ea verba (accipite & comedite) sem-  
 per ad illud, quod Christus accepit, fregit, porrexitq; cre-  
 diderim esse referenda: & duo diuersa esse, quæ Christus  
 hic dixerit: Primo, quod panis ille, quem accipiens fregit,  
 & discipulis porrexit, ab ipsis accipi & comedи deberet;  
 Deinde quod idem ille panis corpus suum esset: quorum  
 prius oratio propria, posterius tropica sit oportet, nisi trā-  
 substantiationem Papisticam approbare velit. Persuase-  
 rit igitur ille Germanogracus suis, quod volet, populari-  
 bus, mihi certe leuis & falsus verborum Christi interpres,  
 & plane an Osiander esse videtur.

Pappus.

Similiter de Argentino illo Pappo (vterque infelix  
 puer atque impar congressus Sturmio) iudico, qui elatus  
 titulo Doctoris, populari eloquentia instructus, iuuenili  
 ardore inflammatuſ, atq; exteris Ecclesijs hostis infestus,  
 quid non audet in Repub. potenti, & propter antiquæ fi-  
 dei constantiam laudata, & celebri, de optimis quibusque  
 viris & cœtibus <sup>ἀδολεξέν</sup>? Prætereō iam Marbachij, Bren-  
 tij, Schmidelini, Selnecceri, non tantum blasphemia de  
 Christo <sup>ἀργυρα</sup>, sed etiam in Ecclesiam eius impijissima  
<sup>ἀργυρα</sup>, & de optimis quibusq; perniciosa <sup>ἀεὐδογεφίματα</sup>.  
 Quare iactabundis illis Formularijs, quæ concordia chari-  
 tatis insignia præferūt, quū sint reuera veritatis & pacis iu-  
 rati

rati hostes, liberū sit quiduis agere: qualia nobis deinceps  
 tēpora expectanda sint, ex præsentirerū statu licet collige  
 re, atq; vtinā non liceat etiā experiri, id est, vt antē ex hoc  
 turbulentō mundi oceano in tranquillū portū subduca-  
 mur, quām illa extrema calamitosaque tempestas, quam  
 pijs prudentesque virti iam dudum perspexerunt, ingruat  
 & nos comprehendat. Flant vndique diuersi & impetuo-  
 si venti, æstuat mare, inundant flumina; prætereà hiulca &  
 lacera est miserandum in modum Christi nauicula, po-  
 tremò nihilominus securi sunt, & passim stertunt Nau-  
 cleri: Quid igitur non mali immincat yectoribus? quid  
 non etiam periculi ipsi expectent nautæ? Sed desino gra-  
 uiora ominari. Nos potius poenitentia & precibus excite-  
 mus Christum, qui maris fluctibus imperare, atq; omnia  
 mala potest auertere, huicque vero auerrunco nos con-  
 stantifide committamus, haud dubiè, quantumuis hor-  
 renda videantur, quæ imminent, clementer mitigabit, &  
 Ecclesiæ suæ alcyonia aliquandò concedet, seu hīc tem-  
 poraria, seu illic æterna, ad suum honorem, & nostram salu-  
 tem. Vale & nos non solum dilige, sed etiam mama.

Starckenburgi in Frisia. Anno salutis à Chri-  
 sto partæ. 1581.



M. PETRVS VVAREN-  
burg ab Altenkirchen Nicolao Schon-  
houio suo S. D.

**S**VMMOPERE dolendum est, Nicolae amico-  
rum optime, felicissimo hoc seculo, quo Deus  
optimus maximus christianismum aduersus  
Antichristum vindicare, Ecclesiam suam ab o-  
mni idolatriæ specie, velut à fermento, expurgare, & à  
Cymmerijs errorum tenebris liberatam radijs coruscant-  
is Euangelij sui illustrare instituit, & aliquot annos hoc  
negotium feliciter opera strenuorum hominum gessit,  
dolendum (inquam) est, Sathanam in medio quasi cursu  
hanc litem, de modo præsentia & manducationis corpo-  
ris Christi in sacra cœna mouisse, & tanquam μηλονέγιδο  
feditiosis turbulentisque ingenijs obiecisse, qui ambitio-  
ne, & imprudenti Zelo abrepti præcipites feruntur, & ad-  
uersarijs Christianæ reformationis, tūm sinistre de studijs  
piorum iudicandi, tūm obstinate resistendi, imò & cru-  
deliter persequendi, ansam præbuerunt. Etsi verò non tam  
rudis sim, vt ignorem hæc diuino consilio accidere, quo  
Deus vel suos explorat, vel ingratitudinem nostram pu-  
nit, tamen cum vicissim intelligamus, regnū Antichristi  
hac nostra culpa vehementer stabiliri, meritò vñiquemq;  
nostrum decebat, vt excusso omni præiudicio, depositis  
affectionibus malis iudicandi magistris, abiecto deniq; odio,  
rancore, inuidia, ambitione, φιλονικίᾳ, γνωνθείᾳ, sincerè  
veritatem indagaremus, inuentamq; retineremus, chari-  
tatem & pacem religiose studioseque coleremus.

Quamobrem etsi diligenter semper cauerim, ne quo-  
modo & ipse funiculum contentionis trahere videret,

tuo-

tuoque solius instinctu, me cum Hamelmanno Olden-  
 burgico Superintendente committi permiserm: tamen  
 adhuc in ea sententia sum, vt si illi, de pace & concordia  
 ineunda nobiscum cogitare, velint, præsertim in hoc Eu-  
 charistico dissidio, quo tam periculose perturbatur hodiè *Vita ad Cœ-  
 cordium.*  
 Ecclesia, flabellis quorundam Pyrgopolinicum non se-  
 gniter ad hanc discordiam adiuuantibus, adhuc longè  
 præstare existimem, altercationes diuturnas omittere, ac  
*πυργοντο μὲν aliquē quærere, Scripturæ non solum λέξιν, sed*  
 etiā *αὐτοῖς* scrutari: patrū hyperbolas (*Qui nihil ferè re-*  
 liquum fecerunt, quod huic Sacramento non attribue-  
 rent) cum iudicio legere, repudiare anabaptistarum con-  
 temptione, vtrinque confiteri in legitimo vsu verum  
 corpus & sanguinem Christi vescientibus in hoc epulo sa-  
 cro salutariter offerri, & Sacramentaliter exhiberi, de mo-  
 do præsentia amicè & placidè conferre, viamque ad con-  
 cordiam quærere; quæ si statim se non obtulerit, sine odio  
 tamen, vt dictum est, & acerbitate dissentire, ac, vt Cicero  
 cum Torquato de Epicuri dogmate disputans dixit, in le-  
 uitate Græcorum (qui maledictis eos insectantur, à qui-  
 bus de veritate dissentunt. *Quod & Augustinus de hære-*  
*ticis conuictis scribit*) illam animorum peruersitatem re-  
 linquere. Hæcne vera recta quæ sunt? Hæc ne moderatis  
 ingenij, quæque salutem non victoriā quærunt, con-  
 sulta & accepta? Sed, inquis, cum talis *ἐπιτίκης*, quam mo-  
 dò prædicas, verè Euangelij candidatum deceat, cur tui-  
 gitur tanta acerbitate aduersarium exceperisti? cur limites  
 huius modestiæ excessisti? Fateor sanè contra consuetu-  
 dinem meam id à me alicubi in hac *αιτησίᾳ* factum: sed  
 qui conferet tamen meam responsionem cum illius ac-  
 cusatione, longè me mitiorem fuisse videbit, quām rei in-  
 dignitas postulauerit. Præterea scis etiam tu, & testis mi-  
     hilo-

hi locupletissimus cūm nonnullis alijs fide dignissimi  
esse potes, eo animo à me non fuisse scriptam, neque ad te  
missam, vt typis euulgaretur. Quid enim doctorum ho-  
minum conspectu, aut luce publica dignum habuit: nisi  
forte illius, qui stulto dixit secundum stultitiam suam re-  
spondendū, ne sibi sapere videatur, approbatione, con-  
sistere posse iudicasti: Qui cum omnium testimonio sa-  
pientiae pūctum attigit, agc ignosco temeritati tuae, præ-  
sertim cum audiam pluribus gratum fuisse, quod vnum,  
qui se ferocis illius arietis cornibus obieccerit, extitisse vi-  
deant. Non defuere quidem complures alij, qui causam  
ipsam copiosius, elegantiūs, solidiusque tractare potuif-  
sent, & quos etiam proprius attingebat, quippe qui nomi-  
natim ab eo impetuntur, sed illi leonum instar aduersus  
tam vile animal pugnare non sunt dignati. Quod enim  
personam ipsius attinet, certè nullo celebriori antagonista  
dignus videri potuit: cum nihil nisi suorum socio-  
rum quisquilias, ferè dixerim stercore, conuerrens, se ma-  
gis ipsum, & suos confortes, quam aduersarios conta-  
minet. Ut mirum sit, neminem esse, præsertim inter  
eos, quibus suos labores dedicat, quē pudeat tam inepta-  
rum ac putidarum chartarum, & qui hominem à scriben-  
do serio dehortetur. Quid enim præter rancidas calu-  
mnias, puerilia sophismata ~~decoylas~~, male detorta, impro-  
bè mutilata, & perperam intellecta, tum Scripturæ sancte,  
tum veterum scriptorum dicta, (quibus iam millies re-  
sponsum est) cum summa impudentia & stulta arrogan-  
tia habet: Etsi enim qui primum intuetur, ~~calu~~ ~~negat~~  
putet: tamen cum proprius accedit, plenè ~~by negat~~ ~~ou~~  
~~et~~ deprehendit. Vixit olim Parisij vir incredibili me-  
moria, iudicio penè nullo, Nigonij nomine, qui cum pre-  
legendo infinitos sàpè autorum centones congereret,

Nigonius  
Gallus.

pro

pro Nigonio Nugonius dici coepit. Simile accidit no-  
stro nugatori, & monstroso Licentiato, qui cum iudicio  
sano careat, ubique accumulat Scripturas & autoritates,  
& siue recte, siue frumb / semper ei est bonum argumen-  
tum: atque ita pro dilucida problematis alicuius expli-  
catione, nascitur ci s̄epiū confusum chaos rudis indige-  
staque moles locorum scripturæ, ad rem parum facien-  
tium. Et cùm nulla penè syllaba sit in toto hoc tumul-  
tuario scripto, qua præstantissimos viros, quos accusat,  
falsitatis aut erroris conuincat, sed suam potiū inscitiam  
multipliciter & turpiter prodat: tamen se egregiè suo of-  
ficio functum credit, si tanquam rabidus canis omnes e-  
ruditos, & pios homines allatret, omnibus tām vicinis  
quām peregrinis, velut rixosa anus, molestus sit. Si hoc  
est Theologum esse, sine mente & iudicio Scripturæ &  
veterum sententias quo quis modo consarcinare, quilibet  
se vel triduo non solum Licentiatum, sed etiam Docto-  
rem & Magistrum nostrum Theologiaz profiteatur.  
Quamobrem cum iterum me grauaueris nouo ipsius ad  
me missio scripto, quo falsi accusare nititur Ambrosium  
VVolfium, & alios quosdam præclarissimos viros, qui  
bus ille dignus non est, corrigias calciamentorum solue-  
re, ego quoque tuo postulatu rursus exiguum hoc <sup>avilipari-</sup>  
<sup>ndr</sup> cornigerò huic <sup>ungu</sup> obijcere sum coactus: præsertim  
cum illi, quos ferire non definit, iam attrita & vacillantia  
eius cornua, aut non sentiant, aut contemnant. Mihi e-  
nīm indignum videtur, à tam excellentibus viris, & qui  
Ecclesiaz Christi summo ornamento & emolumento  
sunt, vel leui saltem <sup>avilipari</sup> rabiosæ bestiæ insultus non  
auertere: οὐ γάρ δῆμαι δεμερδύεινας (ait Socrates in Apol.)  
ἀπέροντι ἐγδὴν τὸν χείρονος βλάψεων. Tu valeto, & cum amicis,  
Quibus grata erit hæc nostra opella, communicato: Sed.

ad publicos typos ne admittito, ne erabrones excitemus:  
 nam aliud est amico, aliud omnibus scribere. Quamuis e-  
 enim non vereamur languidos eorum ictus (iam dudum  
 enim in alios infixis aculeis suis morti propinqui sunt)  
 tamen bona horas melius collocare possumus, quam  
 hisce odiosis certaminibus perpetuo vacare. Deus Ec-  
 clesiae suae pacem, eam, inquam, pacem, quam Zacharias  
 Propheta vnicè nobis commendat, nempe quæ in verita-  
 te, quam recte etsi ethnicus philosophus Plato,<sup>νόον</sup>  
~~εν τῷ ἀρχαιοτάτῳ~~ vocavit, consistit, vale ite-  
 rum, Dat. Anno 81.



Respon-

*RESPONSIO ALTERA PETRI Vwarenburgi ab Altenkirchen ad scriptum  
H. Hamelmanni, quo hic conatur probare,  
Ambrosium Vvolfum & alios (quos ipse ap-  
pellat Sacramentarios) falsò pro se alle-  
gare B. Theodoreti testimoni-  
nia.*

**P**AG. A. 3, in prefatione alloquitur dicens  
locorum Ecelesiastas, manipulares scilicet  
suos, & narrat quemadmodum aduersarij,  
quos suo iure (omnia enim huic Licentiato  
libera sunt) Sacramentarios nominat, depravatè & falsò  
cent Theodoreum, virum alioqui beatum: & inter re-  
liquos primo loco Rodolphum Gualtherum taxat, quasi  
is Christi corpus certo cæli loco affigat, ac cælum putet  
amplissimum esse regnum, & velut aliquem terrestrem  
Paradisum, ferè ut campi sunt Elysij; cum tamen suo iu-  
dicio nihil aliud sit, quam vtopica quædam, vel biqua-  
ria (ad quam opinionem nunc tandem quoque incli-  
nat Chemnicius) non cælum, sed abyssus: in qua promi-  
scue versentur Deus, Sathan, angeli, homines, pii, impii,  
imò volucres cæli & pecora campi. Hic scilicet est, ille  
ego Hermannus Hamelmannus Seraphicus Licentiatus, *troniam*  
Superintendens, cui dum Scholæ passim & Academiæ (vt  
ait) frigescunt, & in magnis Ecclesijs doctores silent, cum  
paucis quos affat, velut pueris Hierosolymitanis, os-  
anna sit acclamandum Christo, & vt latroni è cruce te-  
stimonium laboranti veritati perhibendum: aut vt Ath-  
lanti cælum humeris ferendum, Expergefacit ergo suos

hoc tanquam classico, ut pugnent, laborent, clament, (quod profecto iam dudum nimium faciunt impudenter) pro doctrina ea, quam ex ore Lutheri (Christi debuit dicere) hauserunt: en castrensem planè, vtinam castratum potius theologum. At quis non vicissim cum illo Satyrico hic exclamat, ô stultas hominum mentes, ô pectora coeca? Siquidem se à tām fatuo scriptore permittant seduci. Sed videamus tamen, quid huic tam *σεμιολόγῳ* Thrasymacho vel potius Thrasoni, nostro more, non cæsim, sed punctim obijciamus, ac respondeamus: non iam lucifuge, ut queritur mendaciter, sed lucipetæ, & qui aperto Marte cum hoste velitemus.

*Rod. Gual-  
ther.* Quod igitur ad personam Gualteri spectat, quem hic patrum Bergensium ardelio parasitaster ignominiosè inter sacramentarios, & eos qui scripturā pervertunt, numerat, se ipsum ostendit liuidū potius conuiciatorem esse, quam legitimū accusatorem. Omnes enim passim Gualtherum pro eruditō, fidelī ac pio scriptore, & concionatore habent: cuius opera hi ipsi maledici & ingrati insectatores non raro cum fructu (si fateri velint) vtuntur. Et vt meum quoque de viro iudicium proferam, noui eum talem, cui pauci hoc seculo & isthac studiorum genere, modestia, æquitate, atque stili suavitate pares reperiantur. Sed hæc omnia nihil iuant, quo minus ab hocce inepto malevolentissimó querabula, & scriptorculo Schartekenschreiber publicè traducatur. Quam verò ob causam? quid culpæ admisit? Scribit, inquit, cælum esse locum velut amplam regiam, in cuius angulo aliquo Christus sit affixus. Mira est huius nebulatoris conuoluæ perplexitas. Hic negat cælum locum esse, & Christum certo cæli loco affixum esse, aliás negat in cælo pro arbitrio moueri, ire, stare. Rursus alicubi ait, vltra cælos exaltatum esse, alibi intra & extra cælum

cælum esse. Quò teneam vultum nutantem Prothæ modo? Siccine elegantes Theologos Scripturæ dictis, velut pueros pila palmaria, ludcre decet? Si cælum nunquam locum significat, quem Christus cepit, vel quo Christus exceptus est, (perinde enim est hoc, aut illo modo loquaris, et si quidam, qui cornicum oculos configerentur, magnum hic discrimen, id est, nodum in scirpo inueniunt) dicat nobis constanter, quò tandem ascenderit cum sursum ferretur, & corpus suum syderibus inferret? Dicat vbi modò sit, & vnde postremo die redditurus sit? Si in loco nullo Christus homo est, cur igitur in multis locis, cur in omnibus esse affirmant? Imò cur alibi intra & extra, infra & supra cælos esse scribunt? que haud dubiè locorum differentias denotant. Verum quia paulò post rursum de his dicendi occasio erit, nolo hic esse prolixior, sed relicta præfatione ad ipsum opus progredior.

A. 6. Oblestat se Dominus Licentiatus Superattendens, commemoratione diuersorum Ambrosiorū, eumque qui cognomento VVolfius dicitur, mirificè execratur; quasi templum concordiæ Schmidelinicæ, id est, Pithij sacrarium, confoedauerit, prophanauerituè; aitq; illum septem peioribus se dæmonibus (quomodo clarissimos pijssimosque viros Danœum, Sturmium, Beyerum, Palmerium, Vrsinum, Zanchium, Oleuanum notati) assumptis, instructum insuper linguarum cognitione, & magna eloquentia in aciem prodire, ac nō minùs, quam Iudæi olim in horto factitarunt, Christum in cælo vinculis constringere velle: additque aperta mendacia ex meta malitia, suggeste sibi suo patre Sathanæ, profecta, quasi VVolfius affirmet, Christum hominem nihil habere & retinere, aut etiam accepisse (vt indoctus homo verba inceptè commiscet) per mirabilem illam duarum na-

turarum in Christo vniōem, nīs quod hābēat naturā  
humanā proprietates, & nihil ei attribuendum dicat,  
quod superet humanam conditionem, aut si tale quid ei  
attribuat, id ~~natūrā~~ intelligendum esse contendat. Hāc  
est vehemens critici, aut potius cretensis nostri accusa-  
tio; quā si dubites Nicolae, quomodo sit refellenda, per  
simplicē inficiationē, inquam, cui acquiescere qui nolit,  
legat & cognoscat aduersariorū scripta, quā sunt paſſim  
in medio, neq; vni duntaxat parti auditæ ilicō assensum  
præbeat. ~~Αὐτοῖς δοκιμασθεῖσιν~~, Senatus consultum erat A-  
theniensem aequissimum, & sanctissimum, quod qui se-  
quetur, ~~πλευραῖς~~ maledici Licentiati facile deprehendet.  
Nam si ego singula vellem repetere, auctum agere viderer,  
& cramben bis opponere.

A. 7. Multa congerit (vt ipsius mōs est) maiorum te-  
stimonia, quibus Christum hominem diuinis donis exal-  
tatum, regem Dei & Dominum exercituum prōb̄et. Sed  
omnia hāc fano Ecclesiæ orthodoxæ, non insani Licen-  
tiati sensu intellecta nemo negat. Itaque cum sua vmbra  
pugnat Spermologus sententiarum magister, frustraque  
fudat in comportandis Scripturæ & veteris Ecclesiæ lo-  
cis. Si scire nostram sententiam vult, neque hucusque in-  
*De duabus  
Christina-  
turiis in &  
na persona*  
tellexit, sic paucis cognoscat: Credimus Christum Ie-  
sum Deum & hominem esse, in vna persona seu hypostasi  
duas naturas, singulari & inexplicabili ratione vnitas,  
integras, non permixtas neque confusas habentem. Et  
quia Deum esse credimus, Dei propriitates cum retinere:  
quia hominem, hominis quoque indubitanter statui-  
mus. Cūm igitur Dei sit omnipotentem esse, omnia ex se  
scire, vivificare, adorabilem esse, & vbique præsentem, o-  
mnia gubernare, quid opus est alteri ipsius naturæ, id est,  
humanæ, hāc quoque idiomata aliter, quam quatenus per-  
sonalis

sonalis vno admittit, tribuere? Ari non sufficit semel  
 Christum Deum esse, omniaq; Dei propria munera pos-  
 fidere? Rursus cùm hominis sit infirmum, Deo propter  
 nostrum peccatum obnoxium, afflictionibus subiectum,  
 patibilem, denique mortalem esse, nónne sufficit pecca-  
 tum in suo corpore expiisse, ac pœnam, quam nos meri-  
 tieramus, hoc est, multas vitæ ærumnas, ac tandem cru-  
 cifixione atque mortem in eodem passum esse, adeoq;  
 etiam sensum ire Dei in anima, horribili cum anxietate,  
 gustasse, vt non sit necesse, diuinam quoque in eo natu-  
 ram quomodolibet patibilē passāmye inaudito sermo-  
 nis genere fingere? An non satis est mente nos intelligen-  
 tes esse, etiamsi corpus natura sua maneat brutum? Quid  
 attinet ab Eutycē, Nestorio, Arrio, Valente, Photino,  
 Manichæis, Acephalis, hoc mysteriū de vniōne <sup>ὑποσαπτη</sup>  
 discere? cùm cōstet omnes illos horribilibus ac blasphem-  
 is erroribus inuolutos, ab orthodoxa Ecclesia defecisse,  
 & damnatos esse? I igitur farraginum magister Sycophan-  
 ta, cum tuæ farinæ & factionis sociis formulariis, & nos,  
 clamate, Christi omnipotentiam negare, maiestate cum  
 sua spoliare, & in ordinem eorum, qui nihil quām homi-  
 nes sunt, redigere: fabricate quotidiè noua argumenta,  
 hoc est, nouas præstigias, quibus viris ac mulieribus, imò  
 & infantibus oculos perstringatis, ne discant tantarum  
 rerum, quæ inter nos controuersæ sunt, & ad summam fœ-  
 licitatē, necessariamque Christi cognitionem, pertinēt,  
 veram sententiam: incitate eos, quantum potestis, in no-  
 stras Ecclesias atque Respub. nunquam tamen vos sapi-  
 tes esse, vel Spiritum Dei soloshabere, cuiquam prudenti  
 persuadebitis.

A. 8. Ait Christum, imò humanam Christi naturam  
 intra & extra cælos esse. Quod præter contradictionis im-  
 plicatio-

An dicit  
 potest Christus  
 esse extra cœlum.  
 Heshusius  
 libro contra Galin-  
 num pag.  
 30.

plicationem, manifestam continet blasphemiam. Nam  
 quocunque intelligat cœlos (nisi forte de aspectabilibus  
 loquitur, qui & perituri, vel potius reformandi vna no-  
 biscum sunt) seu pro creatura, seu pro creatore, semper  
 conuincitur intolerabilis & flagitiosa inficiæ. Cum cre-  
 atore enim vniata est humana natura Christi in vnam  
 ueritas, extra quam nunquam est: creato autem cœlo ex-  
 ceptum, vel (ut Heshusius loquitur) conclusum esse Chri-  
 stum, D. Petrus affirmat: Cuius testimonio plus fidei ad-  
 hibendum, quam octo millium formulariorum subscrip-  
 tionibus. Mirandæ ergo sunt horum hominum specula-  
 tiones, qui Scripturæ phrasibus non contenti, Christum  
 extra cœlos collocant, quum in cœlum ascendisse, in cœlo  
 ad dextram Dei esse, cœlo exceptum esse, vel cœlum exce-  
 pisce (eodem enim reddit) ipsa Scriptura, atque omnis a ta-  
 tis Christiani dicant & credant. An non ipsi quoque Pa-  
 pistæ fatentur, Christum personaliter esse ubique, locali-  
 ter in cœlo, sacramentaliter in Eucharistia? Quibus verbis  
 quis potest negare, tres diuersos essendi modos affirmari?  
 Item cœlum in quo Christus sit, locum esse: item locali-  
 tam iis attribui, qui hoc modo, quo Christus secundum  
 humanitatem, in cœlo esse dicuntur? Quid ergo prohi-  
 bet, cœlum in peritum vel mutabile, & in non peritu-  
 rum seu immutabile dividere? quod meo iudicio neque  
 absurdum, neque incredibile est, ut scurrilibus scomma-  
 tis Hamelmanni non sit locus, cum querit, ubi futurus sit  
 Christus, si in cœlo est, quando totus mundus igne con-  
 flagabit? Erit enim certè tunc eo in loco, ubi flagella ne-  
 get, quibus puniat eiusmodi sannas securorum superin-  
 tendentium. Sed quoniam Hamelmannus Patrum fidelis  
 filius videri vult, legat quæ ipsum docet B. Fulgentius, no-  
 bilis & pius Episcopus ad Thrasymundum Regem Arria-  
 num,

num, li. 2. cap. 5. Quod caput peculiariter oppositum videtur ijs, qui de cælo locali & Christo in eodem colloca-  
to, Hamelmanni more disputatione. Nam aperte affirmat  
Christi humanitatem localem fuisse (quod Hamelman-  
nius in Theodorero reprehendit). idq; ex ascensione pro-  
bat, argumento aduersarijs nostris valde contrario. Item:  
cum ait, Christi humanam naturam vel substantiam in  
cælo absentem fuisse ante ascensionem, & terram dereli-  
quisse, cum ascendisset in cælum. Item, eum ad patrem  
ascendere, illi seruit ad probandum, quod terram reli-  
querit, & corpore suo localis sit, & sui corporis localita-  
tem non amiserit. Item quod de cælo sit redditurus ad iu-  
dicium; & plura alia, quæ ad hanc rem assert, tam autori-  
tate diuinæ Scripturæ, quam patrum (vt loquitur) fideli  
veracique sententia. Contra verò diuinitati, non huma-  
nitati ascribit, quod sit immensus, infinitus, ubique præ-  
sens, omnia; replens, testis cogitationum futurus iudex,  
& retributor cunctorum, cælum nunquam dimittens, neq;  
terram, præsens nobiscum omnibus diebus usque ad con-  
summationem seculi, habitans perfidem in cordibus no-  
stris, & loquens in Paulo, ac reliquis verbi sui fidelibus  
ministris.

B. i. Nititur probare multis scripturæ locis, Christi  
corpus, iuxta maiestatē suam, simul in diuersis esse posse  
locis. Cur autem non ait esse? Cur non in omnibus locis?  
Verum quæ sunt illa scripturæ loca? Superuacaneum est  
omnia capitularim repeteret, dicam paucis, nempe, quæ  
referunt Christum dæmoniacos sanasse, opera Diaboli  
destruxisse, caput Serpentis contriuisse; mortem abole-  
uisse, vitam recuperasse, viciisse mundum; saluasse, remi-  
sse peccata, viuificasse. Hæc cum sunt opera Deitatis pro-  
pria, tamen humanam Christi naturam perpetrasse autu-

Cyril. in  
Epist. ad  
Oriental.

C. mat:

*De mense  
estate cor-  
poris Chri-  
sti.*

fiat. Hoc verò nunquam sacra Scriptura, neque ullus pa-  
trum affirmauit. Etsi enim pleraque cum humana natu-  
ra, pleraque peream effecit: tamen scimus humanam e-  
ius naturam morti succubuisse, vietam esse à mundo, vi-  
tificatam à Deo: Neq; hæc per œconomiam, vt falsò &  
imperitè vñā cum Marcione & Manichæis hanc huma-  
nitati Christi tribuunt, sed reuera & propriè. Deinde il-  
lud admodum mirabile est, quid sibi velint non solùm  
hic, sed etiam ipsius socij, quum de maiestali (vt barbarè  
loquuntur) corpore Christi agunt. Quero à formularijs  
illis Schmidelinicis, maiestatem hanc corporis Christi  
quo in prædicamento collocent? Si idem quod de caelo  
responderint, extra & supra prædicamenta esse, etiam ex-  
tra & supra Deum esse fateantur oportet. Nam & Deus in  
prædicamentis collocatur in scholis Christianis. Sin in  
prædicamento Substantiæ statuant esse, creata erit, vel in  
creata. Si creata, non ergo infinita: Si increata, Deus ergo  
erit, & corpus Christi, id est, res finita capax erit propriè  
(ut inabsurda enim, seu non ferunt) infinitatis, id  
est, erit infinita, absurdæ & impossibili cōtradictione. Sed  
negabunt, & verè quidem, in Substantia esse. An ergo in  
Quantitate? neque hoc. Nulla enim quantitas immensa  
est. In reliquis verò esse non potest, præterquam in Quali-  
tate. Quid verò? Qualitas an aliam rerum substantiam  
faciet, re ipsa in priori sua forma manente? Quid hoc mon-  
stri est? Inauditū sane paradoxon. Cōfitentur autē formu-  
listæ, corpus Christi physicū, organicū, certo cæli loco os-  
se (etsi alibi cælū locū esse negant, in quo Christus sit) sed  
idē corpus maiestate, id est, noua qualitate affectū, nō no-  
nā substantiā factū, in certo loco cælinō esse, verū ubiq;  
item immensum esse, & absque sua (quod necessariò se-  
quitur) quœ. Siccine ergò duo vera corpora Christi sunt?

aut

aut hoc maiestaticum, physicum & organicum non erit? natura humana priuatum erit? & corpus tamen nihilo minus humanum erit? Sic dixerit aliquis Hamelmanum non amplius esse hominem naturalem, quia sit Licentiatus Theologiae: Vel Licentiatus cum sit, duplē esse hominem, quod nemo negaverit, qui illū nōrit exactius. Verū nobis pergendū est, quia breuitati studemus, ne cū locutio & ipsi affectare videamur.

B. 2. Hoc cornuto Syllogismo vtitur: Sancti Angeli (ait) soli Deo seruunt: Atqui & Christo seruierunt esuriens: Ergo Christo esuriens, id est, quatenus homo, Deus quoque est. Hæc est necessaria argumenti Hamelmanniaci consequentia. Sed dicet se hoc nolle, verūm humanitati eius idem, tantum Deitatis conuenire probare vellet. Atq; hoc fieri nequit, nisi statu humanam naturam Deum esse: quod certè non audet confiteri, etsi Deificationis vocabulum (Quod Schyvenckfeldio cum quibusdam patribus, sed diuerso sensu usitatum est) audiē arripit. Deinde quis eum docuit, Angelos soli Deo seruire, cū non minùs ad custodiam hominibus dari scriptura doceat? an ergo diuinus cultus hominibus quoque conueniat? Quod autem hoc in eodem loco semen mulieris caput Serpentis contritum ex Genes. 3. adducit, nequam ei seruit ad probandum quod vult. Semen enim ibi integrum personam significat, quæ ex Deo & homine constat, vnde & Mariam θεούκον fidelis antiquitas contra Nestorium probauit. Si enim nudam vel nūdūm humitatē intelligat, scimus illam non contriuisse, sed contritam & victam fuisse, ac morti succubuisse (sponte quidem, sed reuera tamen, nō δικαιοποιῶς, vt Deum, mortuum esse dicimus) sed per Dei potentiam vitæ restitutam, & tamen, quatenus Deo secundum iubilatio vita est inseparabilis.

tabiliter, serpentis caput vicissim contriuisse, sibiq; subiecisse, ac in æternū ei dominari. Si aliter intelligit Dominus Licentius Superintendent, non satis diligenter attendit lectio Scripturæ, iuxta Pauli præceptum. Sed pergit in coaceruandis Scripturæ testimonijs, quamvis plerumque, ut Andabatæ, in tenebris pugnet, & ob id aërem feriat sæpius, quam aduersarios.

*An Christus post ascensionem non comparuisse in terris. Quam obrem? quia etiam post resurrectionem apparuerit quibusdam. Quanquam autem argumentum hoc sumptum est ex loco, Baculus stat in angulo; tamen ipsis vehementer repugnat. Ajunt enim ascensionem Christi non localem remotionem, ut omnis credidit orthodoxa antiquitas, sed disparitionem esse, qua Christus sit factus inuisibilis. Reditum vero eius ad iudicium, resumptam visibilitatem. Atqui Petrus ait, oportere Christum cælo recipi eò usq;, donec omnia sint reparata, quod illorum opinione significabit; tantisper inuisibilem manere: Si ergo inuisibilis manere debuit, quomodo quæso comparuit? An ne etiam iam dudum ad iudicium redijt? Quid igitur expectamus nouissimum diem? Quid auctoritas aoriv aratus? Quis huic male fano disputatori credit, qui idem affirmat & negat, idem, in quam, eodem tempore, & eodem respectu? Interim admonet tamen VVolsium, Danaeum, & reliquos suos aduersarios, ut pudoris sui memores sint, dum ex ipsis malè cohærentibus rationibus auctoræ quædam colligunt, quæ ne ipse quidē potest disponere, vt in acie consistant. Vicissim autem sit admonitus Magister noster calumniatum, dum ait hac ipsa pagina, nos Christo homini non plus tribuere, quam alijs sanctis. Quod impudens mendacium nulla alia refutatione eget. Sua enim sponte*

spontē concidit, & vel sola narratione consultatum in  
telligitur.

*Teatōrē  
tūc Lush.*

B. 5. Quædam Lutheri verba Germanica adducit, quibus ille à se dissidentes contumeliosè reicit, nempe quia Doctori Ecclesiæ fideli quidem, sed tamen & vitiis suis obnoxio, illud cælestis Patris testimonium, quod de Christo Iesu pronuntiauit (Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene placitum est, hunc audite) nolumus accommodari. At dum id tentant quidam illius nimij assentatores, verius Chami fratres euadunt, & patris verenda detegunt: id est, nimis laudando faciunt, ut suspectum & cōtemptum reddant. Quod verò hoc ipso loco immerito suos aduersarios conqueri ait, quod in Synodis non audentur, neque ad publicam disputationem admittantur (quod iure fieri se publicato scripto sufficienter affirmasse iactat) sui Pouchemij Ciconiarij testimonio putat manifestum esse, quod ille ex Augustino aduersus hæreticos Maximilianistas, & Julianum adducit. Verùm hīc elenches committitur petitionis principij, tam celebribus scriptoribus, qualis est Hamelmann, valdè probrosus. Quando enim probauit aduersarios suos esse hæreticos? quando in legitima Synodo seu merita, seu oecumenica cōuiatos & damnatos? Schmalcaldie, ait, anno 1537. à conscriptis Theologis. Quod falsum esse inde constat, quia acta testantur, pacem & concordiam constitutam esse inter Lutherum & Heluetios, nulla vtrinque reuocatione, sed tantum suæ sententiæ dilucidiori explicatione facta. Quare si priùs hærescos condemnati fuissent antagonistæ, id iniquè factum oportuit, aut simulata fuit Lutheri concordia, quod tantum virum minimè decebat. Atdicat nobis tertius è cælo Cato Hamelmannus, quod maius ius habuerit Lutherus condemnandi Zwinglium,

quām Zwinglius Lutherum? Quia prior Ecclesiæ refor-  
 mationem instituit: nego. præcesserunt enim eum Wic-  
 kleff, Hus, Sauonarola, VVesselus, Zwinglius. Quia in  
 Germania vehementiori zelo: contra potentiores h'os-  
 tes? At alij non in vilioribus locis, maiori periculo, pari  
 zelo, quodque reliqua superat, nonnulli mortis & crude-  
 lium suppliciorum martyrio. De donis verò, quibus v-  
 tramque parrem benignus ornauit Deus, nihil attinet di-  
 cere: præclara fuere illa tamen his, quām illis. Quo iure er-  
 go alter alterius seruum, qui suo statque caditque Domi-  
 no, iudicare potest? De quo hominum, præterquām uno  
 Christo, cælitus dicatum est, Hunc audite: Hoc verò sepius  
 visum est, ut qui ipsi maximè culpabiles essent, alios inno-  
 centes, & veriorem causam tuentes, persiquerentur. Quæ-  
 admodum Hamelmannus nunc ubiquistici conciliabuli  
 mancipium, iam dudum Eutychianismi, Nestorianismi, Pa-  
 pisimi, Baalismi, Epicurismi, tamen etiam alianismi reus,  
 nihilominus viros ex eruditione, pietate, fidèq; celeber-  
 timos traducere, calumniari, damnare audet: atque hæc  
 tanta quidem crudelitate, ut ne audiendos quidem, sed  
 magistratui puniendos existimet. Bene autem habet,  
 quod hi plerunque prudentiores & aequiorésque sint,  
 quām vt horum sanguinaria consilia sequantur. Etsi e-  
 nim non nulli ab istis φυχοτυπάντων seducti paulò ultra me-  
 tam, & quod dici solet, ἵπτεσθαι μέντα ferantur: tamen eò  
 nondum processisse speramus, ut ἀποιδοντελεμον in Chri-  
 stianismo approbent, quod certò futurum sit, si partem  
 aduersam non putent esse audiendam, aut ad ullam de-  
 concordia incunda Synodus admittendam. Videte igit-  
 tur viri Principes, & quibus est commendata Ecclesiæ &  
 politiæ Christianæ cura, quales habeatis superintenden-  
 tes Hamelmanniacos, quām periculosa dogmata, quām  
 cruenta

*Apostrophe  
ad magi-  
stratus.*

Cruenta & planè lestrica factiosorum hominum de componendis controvërsiis exemplaria. Hósne Perillos, Hamanos, Chrysaphios, Dioscuros amplius & solos quidem audiendos putetis? an non iustius à se excogitatis ardentes tauris subiiciatis? vel ad propria patibula suspenderitis? vel saltem exilio mulctetis? Sed tantam pœnā aduersariis nostris nondum optamus: saltem ut supercilium istud papale, illa præiudiciorum temeritas in iis cohibeatur, flagitamus.

Deducatur causa ad legitimū concilium: remouantur studia partium: benevolē & sufficienter mutuo audiātur omnium rationes: prudenter circumspiciatur via ad concordiam. Hæc vbi facta fuerint, adhuc spes est de pacificatione: si minūs, vehementer metuo toti Christiano orbi. Dicam enim vobis, patres patrīx, quod mihi persuasissimum est, quodque res ipsa clamat, diu hæ voculae (corporalis præsentia, & oralis manducatio) plus quam duo potentissimi Tyranni Ecclesie Dei nocuerunt: ve non frustra præsagierit olim optimus ac prudens Melanthon (prudentia enim quædam diuinatio est) nisi temere de hisce litigantibus poena irrogetur, grauissima scanda la, imò patricidia inde oritura. Quid enim ferè tam diurna bella, persecutio[n]es, furores in regno Fraciæ, & Belgio nostro, in vestra verò Germania tam periculosa dissidia peperit, quam hęc ipsa aduersariorum noua doctrina: quæ non vera, sed imaginaria est, quāuis ab ipsis pro Dea colatur & propugnetur. Iam dudum enim, Principes, illæ Regiones aliquam reformationem admisissent, nisi Antagonistæ nostri suam hanc Deam tam venerabilem, ac tam non adorabilem, nostram verò causam tam tetrā ac detestabilem eis reddidissent, vt nos, quasi *de opâx gigan*tes Dcūm è throno suo deturbarē velle, honorem &

poten-

potentiam Filio ipsius auferre, eumque, qui aeternus est Deus, in hominum duntaxat ordinem redigere, omnem denique religionem Christianam extinguere, & Turcicā substituere velle crederent. At cur haec agūt? cur tam horrenda mendacia de nobis spargūt? Quia humanam Christi naturam cum ipsis non docemus, quasi omnipotens quoddam & immensum numen esse, ipsisque Deitati aequalē, & vbiq; præsens omnia replere: Item, quia carnē & sanguinē eius, propriè loquēdo, ore & dentibus mādūcati & bibi inficiamur; imò quia ipsorū contradictoria Paradoxa (quibus ne ipsis quidē, vt credo, fidem constantem adhibēt) non acceptamus. Hæccine iusta causa est nostræ condemnationis: & tamen non aliam esse ne ipsis quidem negare possunt. Patiemini igitur, ô sacri ποικίλες λαοί, patiemini hos Pyrgopolinices, hos tribunitios clamatores, hos apros Caledonios, vineam Domini diutiū vastare, omnia perturbare, miserę plebi illudere, subditos, immō & liberos ac coniuges vestros seducere, tandem & vos propemodum ipsis ab his nouis Pontificibus exautorari, & regno exterminari? Sed abrumpo querelam. Date potius Patres, per Deum immortale in vos oro, operam, vt hisce dissensionibus finis standē aliquis imponatur, ne nimium altercando, non solum veritatem, sed etiam animæ salutem (quod necessarium est sequi) vñā cum imperio vestro aliquando amittatis. Non dubito Deum affuturum vobis, si diligentes vos viderit Ecclesię suę nutritios: affuturum, inquam, & optatam, stabilemque concordiā ac tranquillitatem largiturum per Filium suum, de cuius veritate & honore agitur. Sed haec tenus digressi, redeamus ad rem nostram.

B.8. Recitat aliquot capita propositionum, è suspecti Morlini scriptis, de quodam Heidelbergensi colloquio,  
quibus

quibus vnicō verbo respondetur, pātim ambigua ēssē;  
 pātim vtrīnque confessā, ferē omnia ad petitionem prin-  
 cipijs pertinentia. Negant Sacramentalem vniōnem in-  
 telligi posse, & tamen ex eius intelligentia colligūt, Chri-  
 sti corpus vna cum pane ore corporaliter recipi. Præterea  
 fidem niti volunt humanis cōmentis, patrocinantur im-  
 piis summa impietate, dū Christi corpus infidelib. tanquā  
 margaritas porcī obiciunt, aut ipsius corpus euānidum  
 & inefficax, quomodo certē minimē in Cœna offertur,  
 proponiturque, singunt. Post hæc C. i. subiicit sua quoq;  
 quædam problemata eiusdem farinæ, quæ anno 1558. Ro-  
 stochij pro impetranda Licentiæ laurca, publicè defen-  
 derit; vt intelligamus, quanta fuerit iam dudum magnifi-  
 ci viri dignitas, quanta præmaturæ ætatis diuinuarum re-  
 rum in homine intelligentia. At nobis videtur ignavum  
 fucus pecus, qui à tot annis nihil profecerit: qui totum  
 mūdum secum insaniare putat; qui stolidè clamat, sibi v-  
 niuersam Scripturam & totum veterum Orthodoxorum  
 chorū patrocinari, cùm ipse sciat impudens esse men-  
 dacium: quod me modò probare non opus est. Td id dægyn-  
 ua ait Boz. Quod autem modū præsentia corporis Chri-  
 sti in pane ex Iustino, Cypriano &c. conatur astruere ex-  
 emplo copulationis duarum naturarum in Christo, id ex  
 eorum verbis non cōficitur, atque adeo avulso est. Ne-  
 quaquam enim (quod & ipse fatetur) personalis & Sacra-  
 mentalis vniōnis eadem est ratio. Idem & Papistæ norūt,  
 qui et si melius intelligunt vniōnem personalem, quām  
 illus vñquam Hamelmannus, nihilominus tamē ~~metuor~~  
 probarunt. Non vnit se cum quibuslibet instrumentis,  
 quibus ad salutem nostrā vtitur Deus, nisi respectu quo-  
 dam conditionis & pactionis. Neq; Patrum aliis est sco-  
 pus, quamvis multa ~~metuor~~ & impropriè de Sacramē-

Sac. Andr.  
 in apol. ad:  
 theses in-  
 gelst.

D.

tis scripsérunt, & posteris (quod negari non potest) qui illis manibus illa tractant, hallucinationis aliquā occasionem reliquerunt. Quod neutiquam fecissent, si praeuidissent Hamelmannorum peruersitatem & flagitosam inertemque audaciam.

C. 3. Demum accingitur ad præcipuum institutum, quo VVolfium criminis falsi testimonij reum vult peragere. Hucusque enim quasi extra oleas vagatus, oberrauit in deserto Polytopiæ, ut propè attigerit regionē ubiqüitatis, cui adiacet Mons omnipotentia, unde rursus iter est ad fluēta Lethæa, eiusmodi scriptoribus, qualis est Hamelmam, notissima loca, nobis incognita & imperuestigabilia. Quid igitur? quædam citata à VVolfio Theodoreti testimonia concedit, quædam perperam allegata censet; quale est hoc, quod VVolfius ex Theodoreto conatur probare, Christi corpus, quamuis immortale sit factum, & in excelsis ad dexteram Dei collocatum, retinere tamen nihilominus priorem suam formam, figuram, substantiam, circumscriptiōnem, membrorum situm, numerum, dimensionem, & reliquas suas proprietates naturales, saluas & integras, neque hisce contrarias recipere: & plura alia quæ ex eodem recitat, usque ad C. S. Cedo vero, quid hic habet quod reprehendat? quove falsi conuincat aduersarium Hamelmannus? Primiò ~~σάλιμα~~ quædā (si diis placet) Theodoreti obiicit, quibus certè institutum suum non probat, sed tantum improbat, & eleuat autoris antiqui autoritatem. Lenis hic cēsor: quasi is etiam qui aliquando malè scripsérit, nunquam possit scribere bene. Quo argumento, aut potius inuidiosa traductio: omnes simul veterū labores & sancta monumēta damnari ingratius iste verbero. Certum est enim (ut homines sumus) nullum non aliquando hallucinatum fuisse. Quare non est, quod nauos maiorum defendamus, neque etiam

verenda eorum detegere debemus temerè, vt illi solent malitiosi insectatores, & venenosæ araneæ; sed quod optimum est in unoquoque velut apes mella, exsugere. Qui tali animo non versantur in patribus, s̄epe plus impenitenti, quam emolumēti inde hauriunt: Taceo, quod calumniis dedita ingenia, etiam rectē ab aliis tradita, nefariè peruertant: adeò vt etiam ipsa Scriptura sancta, non tam ad inuentionem veritatis, quam ad præconceptas ~~ad deis siēas~~ (quæ non solūm ut Ethnicus scribit medicus, Αὐχάσ τῶν ἀνθρώπων πόθες, ἀλλὰ καὶ τυφλοὺς ἐγγάζονται) confirmandas illis seruiat: sicut & ipsum Euangeliū Apostolus ait, quibusdam odorem mortis esse, cùm sinceris vitæ & salutis instrumentum sit. Secundò, prolixum facit Aristarchus noster catalogum locorum ex Theod. quibus ipsum autorem potius sibi ἀντιλογον probat, aut probare conatur, quam ut suum, inquam, propositum. i. VVolfij falsitatem demōstret, atque ita discurrit negabundus, ut meritò quis ei Virgilianum illud inclamet; Quò nunc se proprieſit ille? Nam quia perperam veterum scripta intelligit, aut malitiosè interpretatur, hinc alios putat falsò citare eoru testimonia. Refutet verò, si quid potest, quod primo loco obduximus ei ex Theodoreto, cui in hac parte omnes orthodoxi scriptores consentiunt, vel certè nullus reclamat, Corpus, videlicet, Christi suas naturales proprietates retinere, etiam in gloria & maiestate sua constitutum. Probet circumscriptiōnem. i. dimensionem & quantitatē ad naturam corporis, quantumuis & Maiestate & gloria affecti, non pertinere. Affirmet ex patribus corpus ubique præsens omni aqua instar numinis replēs, organicum & Physicum esse, quale Christo adhuc esse ipsi h̄tergiuersatores negare non audent. Euincat ab ullo, quam sano apud veteres, imò apud Papalistas porten-

tosum hoc dogma vbiuitatis (sic enim ipse eorum Hes-  
 husius nominat) cuius nunc ipsum Sathanam pudet pro-  
 pemedum, traditum & propugnatum fuisse. Quod cùm  
 non possit, quid prodest Nugonio plastra detruncato-  
 rum testimoniorum ex patribus, veletiam, ut contume-  
 liosè loquitur Iacob Andr. ex matribus conuehere? Quid  
 Cannas Mithridaticumque bellum, & periuria Punici fu-  
 roris magna voce sonat, manuque tota? Lis est nobis præ-  
 cipue de statu corporis Christi, non tamen in gloria, quam  
 humilitate constituti, & iamiam morituri. Ostendat er-  
 go artificiosus Superintendens tale corpus tunc vbiique  
 præsens, aut à diuina natura separatum fuisse: ostendat in  
 prima Cœna vno mensæ loco accumbens, immotum &  
 integrum, omnium simul Apostolorum ora vna cum pa-  
 ne Eucharistico ingressum, à Iuda quoque deglutitum es-  
 se. Hæc si nequit, facebat ex Ecclesia orthodoxa in Euty-  
 chis & Marcionis castra arietinus gnato. At dicet, quem-  
 admodum Gelasius acephalos sibi obiicientes adducit,  
 (quose putabant vim huius demonstrationis posse effu-  
 gere) quomodo ipse voluit, sic humanam sublimauit ma-  
 gnificauitque naturam. Respondeo cum eodem Gelasio,  
 planè sicut ipse voluit, & sicut per Prophetas suos antè  
 prædictis, sicut per Apostolos suos, perq; Euangelistas Ec-  
 clesiæ suæ voluit intimari. De potestate, Domine Syco-  
 phanta, nō dubitamus, quem omnia posse credimus: sed  
 de voluntate constare debet; ne te quadrupes animal co-  
 gamur credere, qui es bipes, id est, re ipsa futurum, vel mo-  
 dò esse, quod nomine tantum hactenus nostro quidem  
 sensu, habes.

*An Sacra-  
menta sint  
nud. si-  
gna.*

D. 2. Aduersariorum taxat opinionem, quod ex Theodo-  
 reto probare velint, Symbola esse nuda signa, non res  
 ipsas, id est, corpus & sanguinem Christi, quia ille scribat  
 Christum

Christum honorasse illa corporis & sanguinis sui appellatione. Respondeo. Calumniatorem esse Licentiatum. Verum quidem est, Christus appellatione corporis sui Symbola honorauit, non sine magna & multiplici causa. Sed si hinc concludi vult, ergo res ipsas esse, ~~et~~ loquitur, aut ~~vel~~ papanus euadit necessariò. Nolit igitur velit, fidei analogā interpretationem horum Christi verborū ferat oportet, quemadmodū tota orthodoxy antiquitas eam ex mente Scripturæ reliquit. Matthæi & Marci Euangelistæ hæc sunt formalia verba (Hoc est corpus meum) quæ verba omnibus seculis significarunt, Hoc est Sacramentū corporis mei, vel Testamentū in corpore meo, quod totidem verbis de calice dicitur: ut per Metonymiam signo tribuatur nomen rei signatae, Iam subiunge hisce verbis illa, quæ addunt Lucas & Paulus (quod pro vobis traditur) & erit sensus euidens, comodus, verus perpetuusque, cui nemo sanus refragari velet aut possit: quique si fuisset constanter retentus, nec de ~~vel~~, nec de ~~et~~ præcipitijs quicquam fuisset vñquā periculi. Non sequitur autē hinc, nuda & inefficacia, vel etiam omnino absentis esse signa, quomodo isti malitiosi prævaricatores, & ebriati Licentiati imperitis de nostra doctrina conantur persuadere, nisi Sacramentalia symbola, quæ sunt & ~~et~~ promissionis, imò & ~~et~~ promissorum bonorum, inania signa æstiment; & arcam federis pro vulgari capsula; Templum Salomonis pro pescatoris tuguriolo; Cæsaris, aut etiam cuiusuis hominis sigillum literis testamentarijs, vel alterius contractus, appensum, pro communi cera habeant. Hæc nullies sunt responsa. At isti arietes præfracti, qui fibras corneas in capite, in mente obstinaciam, tanquam callum gerunt, non mouentur, sed velut impudentes meretrices, quæ cum hone-

honestioribus matronis litigant, ad sua tantum verba  
 (quanquam s<sup>æ</sup>pè & ne quidem ad sua) non ad aliarum  
 attentæ sunt. Breuiter. Aut probet Hamelmannus, unde  
 externa Elementa, quæ per verbum consecrantur  
 ad diuinum usum, hoc nomen Sacramenti acquirant,  
 quod ipse, vt puto, illis non audet negare, aut omnino sa-  
 cramenta, id est, externa signa rerū interiorū esse inficie-  
 tur. Qui verò de præsentia illarum rerum garriunt, sem-  
 perque crepant, illam corporalem esse oportere, in Eu-  
 charistiæ Sacramento non plus loci habet, quam in Ba-  
 ptismo, & in quo uis alio: Imò alia infinita loca scripture  
 sunt, ex quibus longè commodior & magis necessaria de  
 hac absentia vel præsentia ratione disputandi sumatur  
 occasio. Itaque intempestiuè, et si nimium tempestuosè  
 certant nostri aduersarij, οὐ ποτε ἀπένδειν, γενὰ θρησκία, γενέσεις  
 ἀργεῖαι. Inter quos unus ex præcipuis, id est, stupidissimus est  
 in hoc tempore Hamelmannus, et si impudentia nulli ce-  
 dat. An verò ignorat, de quo disceptetur? Procul dubio  
 de Verbis Christi, quibus dixit panem esse corpus suum.  
 Præcipua igitur (vt hoc iterum repetam) quæstio est, de  
 pane illo à Christo sanctificato, & discipulis ad comedendū  
 porrecto ac commendato: Non de corpore Christi,  
 ubi, quid, qualeuè sit, vel porrò futurum sit. Hoc enim  
 notum & in confesso est. Quid autem prædicatur de pa-  
 ne? Dicatum puta, nempe quod sit corpus Christi. Quia  
 autem hæc est incredibilis, absurdæ, imò impossibilis ora-  
 tio, si propriè intelligatur, quærenda sanè explicatio, quæ  
 sit sacramentis propria, veritati consona, fidei analoga.  
 Quæ verò est illa? videlicet, quam modò diximus scriptu-  
 ræ & vniuersæ Ecclesiæ traditioni consentaneam esse: vt  
 esse corpus Christi h̄ic metonymicos pro esse signum vel  
 sacramentum corporis Christi, accipiatur. H̄ic autem  
 tan-

tanquam cœstro perciti clamant, nos hac interpretatione  
 corpus Christi transformare in signum ceu vimbram cor-  
 peris. Item corpus Christi è cœna suffurari, & cœnam do-  
 mini sine domino instruere. Bona verba quoſo. An ergo  
 insaniērunt in illis omnes veteres? Et plus videt quorun-  
 dam recentium odio & inuidia excæcata ignorantia,  
 quām vniuersa erudita, syncera oculataq; antiquitas?  
 At quidam ex veteribus negarunt panem esse figuram seu  
 signum. Sic est, sed intellexerunt nudam & simplicem, vel  
 simpliciter figuram non esse. Nam alioqui sacramentum  
 non esset, si nullo modo figura esset. Omne enim sacra-  
 mentum figura quædam est. Ergo, quærunt iterum,  
 Christi corpus eiusdem corporis signum est? Quæro ego  
 vicissim, sanguis Christi testamentum in eiusdem sangu-  
 ne est? At qui Christus panem corpus suum ipse vocauit.  
 verum quodam modo id est, in figura & significante my-  
 sterio. Relinquitur igitur, panem Eucharistiae figuram seu  
 mysterium esse. Quod si figura, ergo rei veræ figura, id est,  
 veri corporis Christi. Et proinde Christum hisce suis ver-  
 bis etiam de re ipsa sacramenti, id est, de corpore suo lo-  
 cutum esse probatur. Quod & inde constat, quia sacra-  
 menta Relatiua sunt; vt patrem neminem vocare possu-  
 mus, nisi respectu filij. Deinde & præsentia quædam cor-  
 poris intelligitur, videlicet vt Relatiua sunt in suis termi-  
 nis. Cur igitur, inquam, semper corporalem præsentiam  
 vrgent, & in pane requirunt? Si enim materiam panis re-  
 spiciunt, seipſos oppugnant: sic enim corpus Christi in  
 loco fuerit, quod ipsi negant. Sin nouam conditionem  
 panis, qua sacramentum est, non negatur à nobis in Sacra-  
 mento esse corpus. Fatemur enim cum Irenæo, duas res in  
 sacramento seu Eucharistia esse, & panem rem terrestrem,  
 non, vt Erythræus ait, cælestem esse. Sed hæc præsentia  
 corporis

corporis corporalis non est, verum sacramentalis, solum  
respectu promissionis, qua se Christus suis fidelibus praes-  
sentem, salutarem & in ipsis efficacem futurum pollicet.  
Verum ego nunc limites *λανονιστης* mei excedo, quare  
pedem refero ad institutum.

D. 3. Multa quæsitor subtilis interrogat de officio  
Christi, de vunctione, intercessione, & currit quidem, scilicet  
*ἐκδίδεται*, vt chartas & imperitorum aures oppleat. Ni-  
hil enim ferè eorum quæ hic affert, nos negamus, sed ma-  
xime, vt à Theodoreto illa accommodantur, probamus.  
Verum mihi modò non vacat de singulis respondere, sic-  
ut neque quod de Christi adoratione *ἀνανοῦσι*, cui & co-  
lim aliquid fuit oppositum in priori responsione. De  
quo inique calumniatur Bezam: nam ille eruditè &  
antiquis orthodoxis consentienter hanc adorationis ra-  
tionem explicauit, si modo cerebrum haberet Hamel-  
mann, vt posset intelligere.

D. 5. & 6. Similiter varia sciscitatur ab aduersariis;  
sed quæ nec illi negarunt vñquam, neq; abs Hamelmanno  
cōcinnè aut legitimè allegantur. Nam quod de lupo a-  
ries instituit probare, vt eum falsi reum esse conuincat,  
nimis pueriliter & pudite ipsus committit, eodem pror-  
fus ingenio, quo est Selneccerus: adeò vt verè affirmare  
possim, quod quidem ad has controuersias attinet, nun-  
quam me vidisse ineptiores, magis ridiculos, stolidiores  
confidentiores, barbariores, non scriptores, sed *σάτισταις*  
quām hos duos: atque vt cum doctissimo felicissimæ me-  
moria viro Ioachimo Camerario fateri cogar, me mirari  
quod non pudeat alterum, quoties putidas suas chartas  
inspiciat.

D. 7. Pergit querendo Licentiatus (vt abundare quæ-  
stionibus solent fatui) an admittamus similitudinem de-  
ferro

Selnecce-  
rus.  
Hamel-  
mannus.

ferro candente, quam usurpat Theodoretus, cuique con-  
ferunt aduersarij vnonem personalem duarum in Chri-  
sto naturarum. Sed respondemus: Similitudines non ad-  
hiberi ad probandum, sed ad illustrandum, nec vsque-  
quaquam sed aliquousque tantum valere. Vnde natum  
est proverbum, Omnis similitudo claudicat. Theodo-  
reti vt & Basilij comparatio tantummodo energiam, que  
vnonem sequitur, & formaliter humanitati inhæret, re-  
spicit, non i& d& a p a & v o r a & d e s . Malitiosè igitur, vt & alij sui so-  
cij, hanc de ferro ignito similitudinem ad Eutychianam  
naturarum, proprietatum & actionum confusionem de-  
torquet. De qua re in præsentiarum plura nondicam. Sæ-  
pè hæc ab alijs sunt explicata. Apparet ergo hinc, Ha-  
melmannum non satis diligenter suorum aduersariorum  
scripta legere, que tamen vehementer oppugnat: Vnde  
fit, vt cum vmbra sua non rarò pugnet, & præter viam cur-  
rat. Quare qui vult certius hæc cognoscere, legat aliorum  
scripta, præsertim B. Thalmanni, VVolfij, Sturmij, auto-  
res orthodoxi consensus, & videbit omnia hæc Hamel-  
manni armamenta iam dudum ætate esse protrita, con-  
uulsa & deleta.

D. 8. Ut passim, aù idè arripit, sicubi de carne Christi  
aliquid rarius & excellentius prædicatur, præsertim cum  
Deificata dicitur, fortè vt eum Schyvenckfeldianum, &  
Eutychianum agnoscamus, quibus tamen Theodoretus,  
& reliqui puriores scriptores antiqui admodum fuerunt  
infesti hostes. Nos verò non inuidemus Christo homini  
suam gloriam (vt calumniatur furcifer) absit à nobis tan-  
ta impietas, Sed cum August. Cauendum, dicimus, ne ita  
astruamus diuinitatem ipsius, vt veritatem humanæ na-  
turæ auferamus, quod ipse Lutherus exæquatione il-  
læ naturarum nimia fieri ait. Si enim saluæ non manent

E naturæ

naturæ in Christo, Christus dissoluitur: Si proprietates quoque naturarum tolluntur, naturas ipsas tolli necessarium est simul. In proprietatibus enim suis naturæ consistunt, & ut Theodoret. ipse loquitur, ἡ τὸν ιδεῖν τὸν γάρ τοις, ἐκατόντας ἵστος ἀγνοεῖς. Ignis non est ignis, si non calet: aqua in Cana Galileæ vinum effecta, quod proprietates amiserat suas, naturam quoque aquæ amiserat. Similiter vxor Loth, cum in salis columnam transformata fuit, nō retinuit naturam neque proprietates hominis. Neq; hic quicquam fuci aut beneficij licet suspicari: Eiusmodi enim quæ sunt, non habent autorem Deum omnipotentem, sed factorem cacodæmonem, aut discipulum aliquem eius præstigiatorem, vel infamem magum. Porro hac ipsa pagina facie altera ex Nazianzeno adducit testimonium affirmans, corpus Christi nunc non alibi esse, quam cum eo, quod id assumpsit. At cum eo semper fuit, quamdiu fuit, quis id negat? Infert autē Hamelman, Ergo non est in loco, quam illationem nemo sanctorum patrum eum docuit, sed ipsius prostituta impudentia & inscitia. Sic enim neque in loco fuisset, quando fuit in utero matris, qui tamen propriè locus dicitur, vel quando fuit in templo, vel in sepulchro, &c. Quippè & tum erat cum eo, quod id adsumpsit. Sed Hamelman, ut solet, ἀπολεσχεῖ: & veterum scripta peruersè & perperam allegat. Nos, ut semel dicam, sic usurpamus eorum autoritatem, ut cùm explicare student Scripturam, ad eandem, non tanquam ad regulam Lesbiam, sed ad lapidem Lydium exploremus eorum commentaria: scimus enim eos hīc falli posse: vbi verò testimonium perhibent de Ecclesiæ confessione & doctrina, non temere repudiemus. Non enim hoc simplex esset error, sed destinata malitia, quam in illis nullo modo agnoscimus, Hamelmannū verò clus immunit nequaquam iudicamus.

E.I. Rur-

*Quid in pa-  
rib. obser-  
uandum*

E. 1. Rursus centones colligit, & velut pannosus mæn-  
dicus varia consuit ad rem parum facientia. Non enim  
negat VVolfius naturam humanam Christi euerctam esse  
ad summam gloriam & immensam maiestatem (inferio-  
rem tamen Deo) quippè cuius propria facta est, & cum  
qua *innotescit in unitate* est.

E. 2. Redit ad id, quod ex secundo Theodoret, Dia-  
logo de corporis Christi circumscriptione dicitur: Hoc  
etim ad modum illius oculis dolet. Proinde ait esse hanc  
temerariam Theod. sententiam (ipse temerarius & le-  
uis admodum censor) qua commoti Martyr & Bullinge-  
rus cō dementiæ prolapsi sint, ut Christum dicant suo  
corpo in cælo pergere, ire, stare, sed cre pro arbitrio. Ec-  
ce gregarium illum millitem contra tantos herœs, quo-  
rum vñus plus eruditionis, pietatis, existimationis que  
habeat, quam totus exercitus Hamelmannorum. Quid  
autem ab illo Martyre & Bullingero est peccatum? quando  
abusi sunt testimonio Thedoreti? Quia Thedoretus,  
inquit, mox cum dixit circumscripsum esse corpus Chri-  
sti, addit quoque diuina gloria glorificatum, & sessione  
ad dexteram Dei dignatum, quod ab omnibus creaturis  
adoretur. Ergo cōclusio tenet in Elencho, nō causa; Qua  
si dicas, Philippus Rex Hispanorum est, Ergo non est Dux  
Burgundia, vel Rex est totius regni, & apud suos subditos  
honorabilis, Ergo non est modò Madrillæ, aut Toleti, aut  
Lyssibonæ.

E. 3. Contra Thedoretum concludit, circumscrip-  
tionem in corpus Christi non cadere post glorificatio-  
nem. Quod si concederem, an non etiam in prima cœna  
circumscripsum fuit? An non post resurrectionem sèpè,  
imò semper, visum est esse circumscripsum? Quis vñquā  
in Thodoreto hoc tanquam erroneum dogma redar-

E. 2.                      guit

*Corpus  
Christi-  
natum.*

guit, quod dialog. inconfus. ait, sedere in throno gloriae,  
id quod circumscriptum est, significare? Cur vero Hamel-  
manno circumscriptum dici non debet? Quia spirituale  
est, ait, quia ex altatum supra caelos, quia caelis excelsius  
factum, quia clausas ianuas penetrauit (o Acumen Hamel-  
mannicum) penè dixeram quia Hamelmanno ~~spiritu~~  
~~vbi~~, intelligens cerebrum non est. Sed bene est, quod se  
mox ipse confutet: ex Epistola enim ad Hebreos inquit,  
sedere Christum suo corpore ad dexteram maiestatis in  
excelsis. Hic & sessionis & loci in quo, meminit Aposto-  
lus. Quod si vero neque Hamelmannus, neque nos hanc  
sessionis, & huius excelsi atque omnis in illa vita caelesti  
motus aut quietis rationem nondum explicare possu-  
mus, ferat nos cum scriptura ita balbutire, quæ & nobiscum  
balbutit. Cum & ipsis hoc ex Augusto faciendum suadeat,  
neque nostrum quisquam aliter credidit, aut docuit un-  
quam.

*Corp. status  
post mortem.*

E. 4. Ex Augustino, Gregorio Nysseno, &c. vult pro-  
bare, corpora beatorum fore spiritualia, scilicet ut angelii at-  
que animæ sunt. Sed cum neque apertis haec scripturæ te-  
stimonij consent, cur ante reiecit Theodoreti autori-  
tatem, cum is similiter (ut ipse ait) sine scripturæ testimo-  
nio circumscriptiōnē corporis Christi assuerauit?  
Hoc autem quod de spiritualitate corporum ait, etsi ipse  
Augustus quem ad hanc probandum potissimum citat, sua  
deat non altius esse rimandum: tamen quum de corpore  
Christi gloriose, vel ut ipsi loquuntur maiestatico (idem  
autem est, hoc aut illo modo loquaris, quamvis scalmū  
hunc inuenit Schmidelin ad tuendam heresim suam, vt  
maiestatem & gloriam Christi corporis distingueret) a-  
git, sine loco vel locorum spatijs corpora esse non posse  
discretè affirmat: Et Christus ipse inter Spiritus & corpo-  
ra discri-

ra discrimen ponens, quo etiam suum ipsius corpus post resurrectionem describit, Spiritus carnem & ossa non habere ait. At nostri cælestes Prophetæ, tam spiritualiter de his rebus loquuntur, & scribunt, vt videantur vltra tertium cælum rapti esse, & D. Paulum, qui illa mysteria tam exacte eloqui non potuit, longè infra seriquissee.

E. 5. Mirificè iactat Chrysost. & Ambrosij quædam dicta, quibus Christum vltra cælos exaltatum esse scribit illi quidem. Sed quare horum testimonia plus valebunt, quam Theodoreti? præsertim cum hic & suis & illorum oculis viderit? Aut cur Theodoretus illorum testimonia (quos semper magni fecit) non omisit, sed religiosè usurpauit, si contraria sibi esse vidit? An tam stupidus fuit, vt non animaduerterit: vel tam priuata opinione excœcatus, vt videre non potuerit, quid contra aut pro sefa-  
ceret? Haud quaquam Modestus enim & sedulus fuit scri-  
ptor, neque temerè aliquid sine maiorum testimonijs af-  
firmauit. Ergo etsi dissentire interdum videantur, tamen reuera non dissentiant, aut in rebus leuiculis dissentiant,  
non cum de veritate naturarum in Christo agit. Nullus  
vñquam sanus Christianus negauit Christum Iesum sem-  
per vbiique præsentem esse, Nullus etiam viciissim nega-  
uit, quod ipse de se ipso Christus dixit, nobiscum semper  
non esse: si suum vnicuique naturæ tribuas. Audax igitur  
& temerarius, imò mendax potius credatur Hamelman,  
quam Theodoretus, aut VVolfius. Si scripta illorum san-  
torum hominum non intelligit, aut sponte peruerit,  
an hoc fraudi erit illorum laudibus, qui diuinis suis labo-  
ribus strenue, & contra omnes hæreticorum phalanges  
Christi gloriam asseruerunt, celebraruntq; ac Ecclesiam  
fideliter instituerunt? Merito igitur pudiceret Hamelman.  
num, si quid pudoris ei superesset, quando tam indocte

*Calum am  
sit locue.*

*Theodore-  
rus.*

pueriliterque scribit & iudicat de hisce religionis controuersijs, & magnorum hominum scriptis. Nam quæ est illa stupiditas aut malitia, in vno Theodoreto reprehendere, quod totus chorus orthodoxorum patrum approbavit? An non in Augustino, in Fulgentio, Gelasio, Vigilio, & cæteris propemodum vniuersis, hæc Christi carnis exaltationem & maiestate obseruauit? An non animaduertit omnes vno ore cælum, in quo Christus & beatæ animæ sunt, locum esse, tametsi vox (cælum) aliquando quoque pro ea gloria & felicitate, qua fruuntur, qui ibi sunt, accipiatur, nec opus est hæc eadem totidē exemplis probare, sunt enim omnes nostrorum libri talibus pleni.

E.6. Progreditur, vel potius regreditur, vt probet quod Christus etiam secundum humanam naturam ante ascensionem in cœlo fuerit. Quod paradoxum non solum veribus, sed etiam anathemate puniendum, satis indicat eum cum suis patriarchis formularijs huc profectum, vt doctrinam tam veteribus, quam neotericis scriptoribus fanis visitatam, Ecclesiæque pernecessariam (nempe de Idiomatum communicatione) nihil faciat, cuius etiam ob id in toto hoc scripto nullam facit mentionem, et res sæpe poscat. Hoc profecit, & breui quidem tempore in Synagoga Cōcordię suæ, vel in officina potius Schmidlini: factessat ergo ex Ecclesia Orthodoxa infelix Eutychianus, nullus ei locus est inter pios orthodoxos doctrinæ discipulos, multò minus inter Doctores. Cum securis confessatoribus, litidis Schismaticis, & bonorum virorum maledicis insectatoribus, fors illius esto.

*An natura humana.* Ibidem ex Dialogo Theodoreti conuellerentur, *Christi, di-* quod aduersarij dicunt, naturam humanam Christi alii *nine facerit* quando instrumentum esse, per quod diuina operetur. *instrumen-* Hoc vero si negat, totam quoque doctrinam veterum de- *tum.*

Oecono-

Oeconomia, ut ante à de communicatione idiomatum,  
negauerit bardus & stupidus homo. Instrumentum fuit,  
sed non mortuum, nisi exiguo tempore. Instrumentum  
fuit, sed non inanimatum, non  $\ddot{\alpha}\lambda\circ\gamma\circ\sigma\circ\nu$ , non facultatibus  
humanis priuatum, non vacuum raris & excellentibus  
donis, sed quod gratia & sapientia supereret omnes homi-  
nes, & morituri corporis tantum respectu ipsis Angelis lo-  
gè sit inferius. Hæc cine summa sunt? Sed omnia adhuc  
excellit, quod hoc ipsum instrumentum in uione per-  
sonæ Christi assumptum, Dei proprium sit factum, quod  
neque homini vlli, licet sanctissimo, neque perfectissimo  
Angelorum contigit. Quid igitur huic instrumento de-  
fuit, quod debuit adesse? Dic chare Eutychis discipule,  
quid defuit? Aequalitas, inquit, cum Deo, proprietatum  
diuinarum realis & essentialis participatio, denique per-  
fecta Deificatio. An ergo hominem amplius esse non vis?  
Imò  $\ddot{\alpha}\lambda\circ\gamma\circ\sigma\circ\nu$ , volo, ait, non nudum hominem: Concedi-  
mus verò, Deum & hominem esse Christum, sed saluis v-  
trisque naturis, saluis naturæ proprietatibus, id est,  
 $\ddot{\alpha}\nu\gamma\circ\kappa\circ\tau\circ\sigma\circ\eta\circ\dot{\alpha}\tau\circ\epsilon\circ\mu\circ\sigma$ , hoc est, personaliter unitis. Cuius uni-  
tionis rationem nunquam quisquam potuit satis mente  
intelligere, nedum verbis explicare. Hæc tibi si non suffi-  
ciunt, quæ sunt toti Ecclesiæ credita & confessa, aperte in  
Eutychis castra transito. Nullum tibi cum Orthodoxis  
communiois ius est. Heus a page hinc, audin? Sed ab nega-  
re videtur Marcionem, dum Christum passum secun-  
dum vtramque naturam affirmat, haud dubiè intelliges  
suo modo passam vtramq; naturam, vt & ipsius Symmy-  
stes Selneccerus & (quod magis mirum) nunc tandem  
etiam  $\ddot{\alpha}\nu\circ\omega\circ\pi\circ\beta\circ\omega\circ\ddot{\alpha}\nu\circ\omega$  Chemnicius loquuntur? Quomodo  
venio passum, quod impatile? sicut anima, consensu, in-  
quit, o profanum Theologum, Anima mea, ait Christus,

non

*An diuina non Deitas mea est tristis. Illam enim subiectam natura in esse quis inficietur? Sed non & diuinam naturam. Atqui Christo a- liquid pas- consensu, inquit, diuina natura in carne passa est. Quid dicat tenebrio, ne ipsum quidem puto intelligere. Quis enim vñquam sic locutus est, diuina natura patitur, vel consensu patitur? An Deitatem aliquid passionis sensisse (quia consenserit, id est, permiserit suam humanitatem, hoc est, corpus & animam affligi & morte separari) probare vult? atque huius opinionis Theodoretum sibi cōsentientem autorem, qui toto illo Dialogo contrarium astruit, dicere audebit? En nefarium prævaricatorem. An nondum apparet, quod tamen etiam ad Theopaschitas, & Patrīpassianos inclinet? Certè enim, si diuina Christi natura passa est, quia ea est communis tribus personis, & Deus Pater passus dici poterit. De qua re non possum facere, in ex Fulgentio adscribam paucula quædam ver-*

*ba valde nostro negotio accommoda: Nos (ait) fidem re-  
tinentes Euangelicæ veritatis, sic in Mediatore Dei & ho-  
minum homine Iesu Christo propria vniuersiisque na-  
turæ cognoscimus, ut unitatem personæ nullatenus diui-  
damus. Scientes, quod sic utriusque in Christo substantiæ  
manserit unita proprietas, ut in carne patiens impassibili-  
lis Deus, & veram passionem (quia voluit) in vera carne  
sentiret, & in diuinitate prorsus impassibiliter permane-  
ret, nec alius in carne passus fuerit, nisi ille, qui in veræ car-  
nis passione impassibilis omnino permansit; nec alius se-  
met ipsum morti destinatus sit tradere, quam ille, qui po-  
tuit moriendo mortem vincere, ut mortem non posset*

*Fulgentius in morte sentire. Vnde in Epist. ad Hebræos Apostolus ait,  
videtur le- gisse Xo- gis pro- xagiti & Deo. Ut sine Deo pro omnibus gustaret mortem. Vbi addens  
Fulgentius, non diuisit, ait Apostolus, Christum, sed ostē-  
dit in Christo, quæ substantia passibilis & mortalis fuerit,  
& quæ*

& quæ impassibilis immortalisque permanserit. Sine Deo, inquit, homo ille gustauit mortem, quantum ad conditionem attinet mortis. Non autem sine Deo, quantum ad susceptionem pertinet Deitatis, & cæt: quæ in eodem Capit. sequuntur ad causam singulariter facientia, præcipue verò, quod ab eo ingratæ gratiæ Christi vocantur, qui (ut modò noster Ismaelita Hamelman) diuinitatem eius cupiunt subdere passionibus, vel ut Cedrenus de ~~Leviat~~ Eutychianis scribens, loquitur, ~~της θεοτητος των αποστολων.~~ Postremò, quid est, quod omnes dicunt, qui escè verbo naturam Christi humanam passam esse? An verò quiescere idem illi est, quod passionem aliquam vel molestiam sentire. En prævaricatorem, & Selneccero in hac scandalosa & blasphemæ doctrina succenturiatum.

F. i. Rursus ex Theodoreti dictis assuerat cuculus, *De praesens  
Corpus Christi praesens esse in coena, & praesens à nobis sumi; sed hæc (ut consuevit) calumniosè & sycophanticè. Præsentiam enim corporis in coena non negamus, neque præsentis sumptionem; sed modum utriusque, quem illi contra omnem totius Ecclesiæ fidem asserunt, corporalem & oralem esse negamus. Si hunc ex Theodoreto, vel quis alio veterum scriptorum, poterit probare, vicerit Scipio. Sed quid poterit, qui non est? Quod autem perinde illi est in coena esse corpus Christi praesens, & in terra esse praesens, Arietina stupiditas est. Atqui in terra coena peragitur, dicet, verum, sed non omnimodo. Quorsum enim illud maiorum, Sursum corda, sisolum in terra querendus Christus tempore coenæ? An vñquam quispiam ex antiquis Ecclesiæ Doctoribus nos iussit in tantum, vel id, quod situ loci propinquum est, intentum esse? An non vñanimiter in cœlo nobis requirendum, ibique ~~τοιχευμα~~ nostrum est, docent? Atqui tamen & a-*

gnum paschalem in mensa positum esse nonnulli ex iis  
scribunt. Sanè quidem herculè. Sed, vt Augustinus in-  
quit, quem nemo aliorum hoc nominere reprehendit, se-  
cundum quendam modum: Sicut & ipsum panem Eucha-  
ristiæ, secundum quendam modum (quemadmodum  
etiam postea explicar) dicit esse corpus Christi. In quo  
reliquos omnes sanos scriptores & huius mysterij inter-  
pretes sibi consentientes habet. Et quia in hanc præsentie  
disputationem rursus incidimus, subitve chementer mi-  
rari, cur corporalem illam usque ad cœlum urgeant, necessa-  
riamque putent, vt etiam, sicut in epilogo huius scripti  
loquitur Hamelman, caput distractum à suis membris iu-  
dident, neque Ecclesiam suam regere aut tueri posse, nisi  
illa concedatur? Neque vident hic talpa cæciores, pla-  
nè se impotentem Christum fabrefacere, cuius omnipo-  
tentia tantopere propugnatores videri volunt. Quasi Ec-  
clesia Dei prorsus deserta fuerit ante Christi incarnationem, cuius vis à primi hominis peccato valuit, aut quām  
si Nestorianismum profiteantur, quotquot Christum  
post incarnationem corpore suo ubique prætentem non  
fuisse aiunt. Quomodo & Christum ipsum, Apostolos &  
Euangelistas, denique & Lutherum & Schmidelinum, &  
multos alios Nestorianismi insimulent. Nam & ipse  
Christus se abitum & terrâ relictum ait, nempe cor-  
porali præsentia, idque nobis non damnosum, sed utile  
fore prædictit. Qui iam contraria ait, malum esse Christum  
abijisse, & nobis absentiam illius corporalem inutilem,  
cum summo danno coniunctam, tristitia & desperatio-  
nis causam esse affirmat, nonne hoc ipso se Antichristum  
& falsum Prophetam esse manifestò probat? Verum quo-  
modo, inquit, Ecclesiam suam regere & tueri possit, si  
corpo præsens non sit? An igitur Hamelman dubitat,  
Christum

Christum Deum esse? Quomodo rexit Ecclesiam, cum  
Verbum nondum caro factum esset? cum caro mortua  
esset? Cum nusquam quam in sepulchro exanimis iace-  
ret? Hæc cíne est illa omnipotentia, hæc cíne realis (ut lo-  
quuntur) omnium diuinarum proprietatum commu-  
nicatio & participatio? Si, inquam, usque ad cōvtilis &  
necessaria est corporis illa essentialis præsentia, cur vo-  
luit Christus ascendere in cœlum, id est, ex hoc inferiori  
mundo corpus suum auferre & sideribus inferre? Sin dis-  
cessio hæc nihil aliud est, quam glorificatio, exaltatio &  
fessio ad dextram Patris, cum hæc ubique sint & fieri pos-  
sint, immo & cœlum ipsis ubique sit, quid erat opus illa  
Comica ascensionis & sublationis in altum actione? Immo  
cur hic corpore suo non mansit? cur ad maiorem nostrā  
consolationem visibilis non permansit? Expediat mihi  
has quæstiones Scotista noster ubiquisticus, qui tam  
multas & acutas interrogations nouit proponere. Ne-  
que est quod dicat, nos nimis parum tribuere Christo  
hac nostra sententia; huic enim cauillo in priori re-  
sponsione ex Cassiano occurri, qui errorem & iniuriam,  
non honorem putat esse, Christo impropria tribue-  
re, & aliter de illo, quam res sit, loqui. Neque hæc tamen  
ideo dicimus (loquor cum Cyrillo) quod Domini cor-  
pus non magni æstimemus, sed quia mirabiles effectus glo-  
riæ Dei attribuendos putamus. Sed nims inde hac remul-  
ta, pergamus reliqua obiter annotare. Congerit hinc  
multa autorum dicta, de ingressu Christi ad suos Aposto-  
los clausis ianuis, item de carne Eucharistiae, de Christi  
passione, voluntaria morte, resuscitatione & viuificatio-  
ne, &c. quæritque, quid adhæc aduersarij dicant. Ego sa-  
nè eorum nomine respondeo: Dicunt, Hamelmannum  
inscitum esse Thcologum, & ignarum scriptorem, qui

Cyrill. lib.  
9. in Iohann.  
cap. 21.  
Augustin.  
in Iohann.  
truct. 50.

vix quid controvrtatur, vel approbetur ab aduersariis suis intelligat: Item omnia illa Patrum dicta se agnoscere & probare, sed Hamelmannum ~~ἀπολεγεῖν~~, pruaricatorem & Sycophantam esse, si secus de nobis apud alios loquuntur aut scribat.

Cyrill. lib.  
2. cap. 141.

F. 3. Quæ in Deo sublimia sunt (ait) ea homo habet ex participatione. Quid hoc sibi vult? quis Oedipus intelligat? An fortè Dei substantiam homini, id est humanitati (indifferenter enim hæ duæ voces apud antiquos interdum usurpatæ leguntur) communicatam. Si hanc communicationem personalem vñionem intelligit, qua naturæ & earum proprietates saluæ manent, nemo Christianus ei refragatur. Sin verò ~~ἰστορίαν~~ (quæ etiam Dei substantia sunt) realem sive essentialē & habitualem ~~ῥάβδον~~ effusionem vel transfusionem, ut videtur velle, Eutychi patrocinatur. Nos cum Maxentio Deum in corpore, non Deum in homine prædicamus (personaliter inquam) alioqui Christus non Deus homo, sed homo Dei intelligeretur, quod de omnibus, qui Dco fideliter scruiunt, dici potest,

F. 4. Reuolutur conuoluula ad suam Tautologiam de passione carnis Christi, quam ait verbum permisisse, & sibi accommodasse, nihilominus non suscepisse, & si non fuerit à carne separatum, quo se putat Theodoretū refutare, de duorum hircorum comparatione hallucinatum. Sed interim & scipsum confutat, quod id passionem in se suscepisse negat, quod passum anteā, vel consensu in carne passum affirmauit. Sed nos huic cauillo E. 6. respondimus, quod in instituto nostro, qui obiter tantum han responsem exarare coacti fuimus, satis esse potest. Neque errorem Theodoreti, si quis est, qui nullus est, propugnare, sed VVolsium & alios innoxios & bene meritos vi-

ros accusatione falsi contra Sycophantam Hamelmanum liberare instituimus.

F.5. Conferruminat quædam de ijs, quæ Dco dicuntur impossibilia, partim quia nolit, partim quia non deceat ipsum talia facere, partim quoque, quod relatiuè saltem sint impossibilia, quod & de prioribus modis ita se habet. Sed omnia hæc tam minimè agit <sup>διολογητῶς</sup>, vt non Licen-  
ciatus, sed insensatus Theologiæ censi meritò possit. Contradi-  
ctoria Deo  
imposibi-  
lia.  
Vult videri aliquid dicere, cùm nihil dicat: Vrget aduer-  
farios subtilibus & captiosis interrogationibus, quibus  
non facilè quis respondeat, nisi sit ipsi similis asinus, hîc  
vel Parisijs. Ex seniore verò suorum Patriarcha Brentio  
regulam affert, quam vel à tyronibus in triuialibus scho-  
lis discere potuisset, qua se hunc Gordiæū nodum soluere  
posse sperat, videlicet diuerso respectu quædam factu im-  
possibilia, fieri possibilia. Et inter cætera affert exempla,  
quæ subindicant, ipsum Marcionitam esse, neque crede-  
re, Christum verè passum, aut mortuum carne, cùm sit  
autoritæ. Creatorum & Creaturam vocat contraria,  
cùm debuit dicere diuersa, & tamen Deum factum esse  
hominem. O insulsum scriptorem: Injuriam illatam ali-  
cui magistratus moderatione fieri, quasi non sit illata.  
*Peccatum* factum tanquam infectum esse ratione à Deo  
inuenta. Quæ hæc est <sup>ἀπολεξία</sup>, fructibusque digna nugaci-  
tas? Ergone verè peccatum est, quod etiam in eleætis cru-  
delissima Filij Dei morte fuit expiandum? Imputatiuè  
peccatum non est, dixerit forsan. An verò ita & imputati-  
uè seu putatiuè Christus mortuus est? Quid huic ergo lo-  
gè diuersissima exempla facient? Cur non potius semel  
illa omnia, quæ de Christo hoc modo prædicantur, per  
communicationis idiomatum doctrinam expediuntur,  
quam quod sic ænigmaticè imperitorū aurib. tanquā la-

P. Melach.  
in art. Ba-  
uarius.  
Iustin. in  
expositi. fid.  
Cyrill. lib.  
in thesa-  
ri. cap. 7.

qui ei obijciuntur? Sed à suo Schmidelino hanc hauserunt seraphicam sapientiam, vt liberè contemnant, quæ ipso-  
rum instituto inminus seruiunt. Percutiat Iehoua istos Li-  
bertinos nebulares theologastros, vbi quarum prosti-  
buli procos, Ephesinæ Dianæ Demetrios cultores & pro-  
testores, vt discant nō esse temerè reijcienda, quæ Eccle-  
cisia sunt necessaria, & quæ ex ipso diuinæ veritatis fô-  
nte petita, per omnem ætatem pijs omnibus accepta, cre-  
dita, confessaque fuerunt.

*An aboluta  
Christus  
mana na-  
turaper  
ascensionē.*

F. 7. Nos docere vult Licentiatus Superintendens, quemadmodum intelligi debeat, quod Theodoretus contra hereticos tradit; Si caro mutata est in naturam diuinitatis, cur communicant Sacramento, id est, figuræ carnis? Quæ figura certè superuacanea fuerit, si sit ablata veritas. Intelligit autem Theodoretus ablata, hoc est, extincta aut quæ evanuerit, aut in Deitatem euaserit, absolu-  
ptauè sit. Huius certè rei superflua fuerit figura, quippe cùm res ipsa non sit. Quod verò ad hoc cauendū, Corpus ipsum Christi præsens ori nostro, vel in pane corporaliter esse oporteat, id nequaquam inde concludi potest: neq;  
hoc voluit Theodoretus, aut antiquorum quisquam: Eu-  
tyches eiusq; soboles acephali erant, qui vnam naturam post ascensionem Christi, conferruminatam tamen ex duabus, crediderunt: hisce igitur figura veritatis non fuit opus, cum veritas illis evanuisse. De præsentia verò corporali (Spiritualiem enim & Sacramentalem semper con-  
cessimus) nulla mentio & fortè nec cogitatio quidem ve-  
*Lib. de dua  
bu nat. in  
Chrisfo.*

terib. fuit. Sed nos de toto hoc loco pauca quedā ex Gelas.  
Epis. Rom. (qui circa annum Christi 455. vixit) quæ rem  
„ optimè explicant, adjiciemus: Si & substantia & forma  
„ hominis Iesu Christi (ait) transfusione consumpta est,  
„ quis est, quem vidit ad dextram virtutis stantem S. Ste-  
phanus? Quis hominis filius venturus est ad iudicados vi-

uos & mortuos? Quis erit, quē videbunt, in quē compūn.<sup>ee</sup>  
 xerunt? Abolutū est omne mysteriū, vacuatū & resolutū,<sup>ee</sup>  
 vt dictum est, quod absit, omne Sacramentum, falsumq;<sup>ee</sup>  
 est, quod ait Saluator, palpate & videte, quia Spiritus car.<sup>ee</sup>  
 nem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Et cer-<sup>ee</sup>  
 tē hoc post resurrectionem dixit, talis iam dixit, qualis<sup>ee</sup>  
 cum discipulis per 40. dies conuersatus est, conuescens &<sup>ee</sup>  
 cohabitans cum eis: talis dixit, qualis ascendit in cælos:<sup>ee</sup>  
 talis dixit, qualis promissus est inde venturus. Aut dicant<sup>ee</sup>  
 ipsi (de Acephalis loquitur) vbi, postquam de se illa pro-<sup>ee</sup>  
 fessus est, fuerit immutatus, & aliter quam se discipulis<sup>ee</sup>  
 patefecit, ascenderit leuatus in cælum. Aut nos rectius ea<sup>ee</sup>  
 sequimur, quæ diuinis voluminibus astruuntur, non de-<sup>ee</sup>  
 lirantium somnia & phantasmatu*re* sectamur. Vide D. Li-  
 centiate Superintendentens, quam multa hic antiquus au-  
 tor aduersum vos vno loco scripsit: neque hic patiar  
*τραπεζοντων απεγιγνωσκον*, vestram & recentia delirantiū somnia & phan-  
 tasmatu*re* mihi obijci, quibus idem corpus, eodem tempo-  
 re tale & non tale, visibile & inuisibile, palpabile im-  
 palpabile, carneum non carnēum, organicum non  
 organicum, physicum non physicum, finitum, infi-  
 nitum, ipsum non ipsum, prorsus Pet. Lombardi more fin-  
 gitin fin. Mar.  
 git: Ad Oedipum eiusmodi Sphingis ænigmata; Nos<sup>tyr. in ex</sup>  
 cum veteribus sanctis & eruditis doctoribus hæc de diuer-<sup>posse.</sup>  
 sis in vna Christi persona naturis intelligimus, non de v-  
 na natura diuersore respectu considerata, quod Schmideli-  
 nicum commentum est, in audita omnibus seculis auda-  
 cia fabrefactum. Delirantium somnijs & phantasmatis  
 tale corpus constat non naturæ veritate; Spectrum est nō  
 creatura vera in rerum natura existens: Verbale corpus  
 (quam verbalitatem vos tantoperè fugitis) est, non reale.

Sed

Sed redeamus ad institutum. Repetit hæc a deo pagi-  
na nugator *λευτός*, quod centies dictum est de circum-  
scriptione corporis Christi secundum iudicium Theo-  
doreti, hoc enim valde ipsum angit. Et quanquam antea  
Theodoreum ob id recitit, & temerarium ac sibi con-  
trarium vocauit: tamen nunc scalmum inuenit, quo pos-  
sit ipsum sibi conciliare, videlicet, quia circumscrip*tū* esse,  
nihil aliud videatur ei significare, quām visibile & tangi-  
bile esse, aut quasi sibi cohærentia, ac mutuō consequen-  
tia sint. Egregius verò Conciliator. Cur ergo antea illud  
*τοπίον* adeò contēsit, & adhuc tanto perè refugit? an  
quisquam ineptius isto homine cogitari potest? visibile  
& tangibile dicit corpus Christi manere, & ideo circum-  
scriptum affirmari. Hoc inē verò ex corporali eius præ-  
sentia in pane Eucharistico magis, quām eō vescientibus,  
aut simul in vtrisque probari potest? Fateor corpus Chri-  
sti, quod in Cœna percipimus visibile esse, in se scilicet, &  
ei qui tam propè adest, vt visu possit comprehendere (quām  
maiorum hac de remens fuit) sed non quatenus visibile,  
sed quatenus passum à nobis percipi. Veritatem ex figura  
probari antiquis non nego, quanquam non *ἀποδεικνάσαι*.  
Ex veritate verò natura, etiam proprietatum veritatem,  
consequenter & rectè colligunt illi quidem, natura enī  
in proprietatib. suis cōsistit, sed quomodo hæ proprieta-  
tes ex corporali Christi, inuisibili præsentia inquam, af-  
firmari possint, vt hæreticis nō seruiatur, haud scio. Nam  
contra sic īire suoratiocinabūtur Marcion & Eutyches;  
Corpus Christi in cœna Eucharistica pane corporaliter  
præsens ibidem visibile non est, neque tangi potest. Ergo  
corporis veritatem non habet, aut nūquā habuit, sed  
velabolitum, vel phantasticum est. Eant Docētē nostri, &  
redarguant hæreticos, qui se ipsos potius quām aduersa-  
rios oppugnant.

F. 8. Scquitur tandem Epilogus, in quo præter calu-<sup>Epilogus.</sup>  
 miniarum, contumeliae, peruvicaciae, ineptorum Sophis-  
 matum recapitulationem, singulariter notandum est,  
 quod minaciter promittat oxyderca se breui tempore  
 demonstraturum, idque certis documentis (quasi hucus-  
 que ipsa alijque suæ farinæ & factionis patroni incertis v-  
 si sint) quam portentosum & dogma & genus hominum  
 sint Sacramentarij, sic & in priori scripto se iactabat fa-  
 ctum. Sed nos non turbat hæc minarum congloba-  
 tio: quin potius audiè expectamus, quid magno ferat hic  
 promissor hiatu. Si quibus hactenus vsus est, illa docu-  
 menta similia erunt, haud magni momenti erunt, <sup>et in lo-</sup>  
<sup>pax</sup> & inanes suorum <sup>non rursum pudi</sup> erunt; Pax, nihil amplius,  
 Hortatur prætereà tanquam ex Tripode cordatos lecto-  
 res, vt cogitent quam impij sint aduersarij sui, qui Chri-  
 stum hominem tam procul à nobis remotum doceant,  
 quam procul distet cælum à terra (quod ipsi certè suisq;  
 damnosum non sit, cum cælū vndique & vndiq; cælum,  
 id est, propinquum & vbiique præsens habeant) vnde se-  
 qui putat necessariò, vt caput à membris suis reuulsu-  
 sit, neq; Christus Ecclesiam suam regere aut tueri queat.  
 Consultò ergo ait fecisse Pontificios, quod in tam procul  
 absentis locum, papam vicarium substituerint, ne rursus  
 sequatur, nescio quæ, papistica dubitatio. En hominem  
 minimè <sup>et thā dñm</sup> aut in vrbani, sed petulantis plene ca-  
 chinnis mirificè fatuum, facetum volui dicere. Sed mittä  
 tur vtrinque calumnia & procacitas. Nunquam negau-  
 mis, & absit vt vñquam negemus, Christum adesse Ec-  
 clesiæ suæ <sup>καὶ ἡ τὴν τῆς θεοτικῆς φύσιν</sup> (ait Origen.) <sup>λόγῳ ἀφ' ἡμῶν ἀπο-</sup>  
<sup>ληπτῇ, ἀλλὰ καὶ τὴν δικαιομέτριαν σάρκα</sup> <sup>τῷ προστέλλετε,</sup> id est, diuina  
 natura peregrinatur à nobis, sed dispensatione corporis,  
 quod assumpsit. Huic recte Cyrillus ex Christi verbis: Ni-

*Nota, qua-  
le omni-  
potentiam  
Hamelma-  
nus tribuat  
Christo.*

hil ergo mali (inquit) potest vobis accidere ; si carne ab-  
fuerō, tamen deitatis meę potestas, quæ vos hucusq; serua-  
uit, in posterum etiā seruatura est, &c. Quid his dictis cla-  
rius esse potest ? Quid requirimus amplius ? Si Deus pro  
nobis, quis contra nos ? An propriū coniungi Deo possu-  
mus, quam fuit Abraham omnium fidelium & beatorū  
pater ? Sed consideret eiam Dominus Licentiatuſ Syno-  
dorum scriptor tam celebris, quid beatus dicat Ambro-  
ſius, nempe præſentiorem esse eum, qui se animis inserit,  
quam qui præſentatur oculis : Et plus esse mente conne-  
cti, quam copulari corpore ? An non intelligit ex hac cur-  
ta sententia, & corpore modò abesse ac peregrinari à no-  
bis Christum, & adesse nihilominus animis nostris verbo  
& Spiritu suo, quo nos regit complectitur atque tuctur ?  
Verū de his anteà quoque aliquid dictum est, & nostri  
copioſe eam ſalutaris præſentia rationē in multis libris  
explicarunt, ut ſi dociliſ eſſe velit Hamelman, meritò ni-  
hil amplius poſſit requirere. Sed quid de docilitate lo-  
quor, qui ipſius omnes docere poſſe videri vult ? Qui præ-  
ſtantiflmos quoſque reprehendere, & tantum non ~~ad~~  
~~γεωρ~~ Hieronymū ſtudet emulari : cum tamē quotſcribit  
versus, tot ferè committat errores : Cuius nec lingua, nec  
mens vel aptè eloqui, vel rectè complecti mysteria Dei  
poſt : Cui Deus venter eſt, & hærcis religio : quem nul-  
lius pudet mendacij aut calumnia. O inepte, ſtulte, inſa-  
ne Licentiate, quis te fascinavit liuor, velleuitas, ut te  
opponeres tot tamque insignibus Dei viris, quorum a-  
ſpectum, ſi præſtō eſſent, non ferres, tantūm abeſt, ut co-  
minutus congregdi auderes. Ab indoctis tuis auditoribus &  
timidis collegis apud quos te venditas, & quibus imperi-  
tas, aliquid forte existimationis habes, ſed qui te norunt  
probiūs, ab te nihil ſibi metuunt, nihil de tua licentia  
lauda.

51

laudabile referunt, nihil denique te impudentius esse dicunt: adeo ut quam Caligula de sua natura maximè pre-dicabat *αδιατρεπταν*, inter præcipuas tuas dotes numerent: Deinde *χρυσολαβιαν*: Tertiò confidentiam; postremò quā Chrysostomus *γιζην απάντων κανών* vocat, ebrietatem & com-potandi artem; qua laurea non solùm te ipsum præcipue ornatum, sed alios quoque tuos socios in conuiuijs te in-signire & lemniscare solitū testantur, qui te norunt: for-tassis in despectum miserorum Caluinistarum, qui tibi licentiam tuam & libertatem euangelicam inuident, sci-lacet. Age non contendam amplius de eo tecum: Securè gubernia regnum tuorum Baalam, imò dux aut impera-tor eius esto, quamuis vix dignus sis, ut locum gregarij militis occupes, video enim te Laida Sueuicam nimium deperire, & iam nymphæ Pantachusæ, *ηγετάρες διάμυτια δα-*  
*μηλ ἔχοντες δαρενεδέψησαν*, planè consecratum esse. Non sum hīc tuus corriualis. Lacesitus à te, quamuis non nomi-natim, hanc parvam obieci ferina procacitati tua, ac meorum innocentiam (quod nullum vis vetat) defendi. Cui defensioni æqua ac necessariae si tu cesseris, quod vix futurum puto, in *αδολεχίᾳ* enim & *αδιατρεπτᾳ* victoriā tibi polliceris, hoc vno te prudentem pobaueris. Rectè scire & rectè agere, ea demum vera est religio: In secundo gradu sunt, qui recte monentibus obtemperant: Quibus verò neutrum horum bonorum contigit, eos extremi in-geñi esse, etiā prophanus historicus confessus est. Quiesce *Linius*: igitur Hamelmanne, quiesce, neque impar onus humeris tuis temerè suscipe; parce & tua & aliorum tranquillita-ti: noli nobis diuturna persecutione plus satis afflictis aliam addere insuper afflictionem, quod sit contra omnis diuini humanique iuris regulam. Sin te miseria nostræ quas inferre nobis pontificios Tyrannos nescire non po-

tes non cominouerint, & nos posthac inquietare, ut cœ-  
pisti, perrexeris, senties tu quidem Hamelmann, quam-  
uis ciuilibus bellis iam ferè exhaustis, nondum tamen de-  
esse, quod in cornua proteruiæ Sycophantiæq; tuae spar-  
gere possimus, vnd will dein Licentiatur so einmal auff gut  
deutsch abmalen das jederman wird sehen was für ein scheuß-  
lichs vnd abschewlichs Thier Hamelmann inn der Kirchen  
Gottes sey. Sed malim, inquam, te quiescere, vel tua cau-  
sa. Quod consilium licet Antagonista modò tuus, sync-  
rè tibi dare, & profuturum polliceri non verear. Miles  
enim cum sis admodum imperitus, et si indocta gregori-  
rum argumentorum multitudine confidens, totam di-  
tionem dignitatis tuae (si hoc bellum continuauerit) fa-  
cile posse amittere, vel saltem famæ & salutis maximam  
iaucturam facere. Sene&tutem tuam subinde commemo-  
ras. Igitur memento illius Ouidiani Hemisthij, Turpe se-  
nex miles. Item illius Homerici versus εὐδέπερα παλαιός,  
ἢ τὸ δίκην εἰ γερόντων. Tandem & præ omnibus sanctissimi illius  
vatis Zachariæ præceptum (quod omnem ætatem  
ac qualemque vitæ genus attinet) scim.  
per in præcordijs gerito. Diligite  
veritatem & pacem.

• S S •

AP-

## APPENDIX.

V M ad hunc modum, hoc est, obiter & per-  
 quām festinanter (scis enim, me asiduis occu-  
 pationibus distringi) tibi morem gerens, Nico-  
 lae, hoc Hamelmanni conuicatorium potius quām re-  
 futatorium scriptum examinasse, Ecce vir quidam ho-  
 nestus, & doctrinæ puræ propugnator strenuus, attulit  
 mihi iudicium eiusdem de insigni illo & immortali lau-  
 de digno opere, quod inscribitur, Consensus Orthodo-  
 xus sacrae Scripturae, & veteris Ecclesiæ, de veritate verbo-  
 rum Cœnæ Domini. In cuius operis fine, quoniam ipse  
 et socius eius Nicolaus Selneccerus non nihil taxantur?  
 & præcipue Hamelmanni libri inscripti, Synodi præci-  
 puorum Patrum, indignatur supra modum, & inuocatis  
 omnibus suis Symmystis & compatribus, regerit quot-  
 quot potest conuicia & contumelias in autores illius  
 Consensus Orthodoxi, monetque studiosè omnes, vt se-  
 duldò sibi caueant ab hoc Consensu (quod tamen vltò  
 forte facturi sunt, nimium plerunque ad dissentendum  
 proclives) quippè qui suo iudicio non sit Orthodoxus,  
 sed Cacodoxus, insidiosus, virulentus, impius & scelera-  
 tus, digno suis illis Synodis, nomine cum appellans. Di-  
 sputat præterea contra Theodoretum, qui negārit, De-  
 um visibilem esse, Cùm Moysès tamen & Iacob de facie  
 ad faciem locuti sint cum Domino; & Angeli & mundo  
 corde homines Deum videant & visuri sint, vt constat te-  
 stimonio Iobi, Dauidis, Esaiae, Ezechielis, Micheæ, Da-  
 nielis & Iohannis, de quo mirum est tatum Licenciatum  
 ne quidem inspexisse (vt apparet) vñquam, que sancti Pa-  
 tres tot locis & tam copiosè differunt de visione essentiæ  
 Dei, vtrum ij, quibus Deus se parfecit, naturam ipsam di-  
 vinam,

uinam, qualis per se est, vel an imagines quasdam captui ipsorum accommodatas viderint. Ex historia quoque Nicophori refert de Triuillo Ledrensi Episcopo in Spiri- dione reprehenso, quod in concione publica, provocabulo Christi, Tolle grabbatum, dixisset scimpoda, Vnde mordicus putat *nū λέξην* Scripturæ retinendam esse. Quasi verò non aliud sit, delicias affectare in dicendo, quod meritò reprehenditur in sermone sacro, quām religiosè sectantem vestigia Scripturæ, declarationis causa adiungere explicationem *τῆς ιεροτελείας* in ipsis sacris literis à Spiritu sancto monstratā. Tunc enim (inquit Maxent. Iohan.) adiectio verborum vitanda est, quando non explanatio nem, sed corruptionem aut contrarietatem fidei opera tur, quod aduersarijs nostris nimium crebro accidit. Pos stremò, pro sua Helena, aut, si mauis, lestrica micrericula, id est, orali manducazione corporis Christi iterum atque adèò strenuè pugnat, vt putem, patriam potius cum Erasistratèis proditurum, quām hoc dogma deserturū. Quid igitur? Querelam veterem in limo rana coaxat aquæ: ac criternos taxat, quod non cum ipsis sensu pueri euadimus, Scripturæ *Ιεροτελείας*, non syllabas captemus, id est, mem tem & cerebrum non abnegemus. Quanquam igitur plus satis molestiæ & fastidij senserim percurrendis illius inc ptis *κοννυτούσις* aliorum duorum scriptorum: tamen vt vna fidelia duos parietes dealbem, appendicis vice horū quo que quām breuissimam responsionem addam.

Ac de præcipuis quidem controversijs iam dudum plus satis, ne nauseam toties recocta atq; apposita cram be moueat. Quod enim Theodoretum attinet, cuius autoritatem semper extenuare cupit, illum ego hoc ē pore defendendum non suscepi. Plus enim valet eius nuda autoritas, quām omnes Hamelmanni quæsitæ calum niz

nix & officia. De Consensu verò Orthodoxo hoc solum  
 diac. In medio positus est liber, legat qui volet & iudicet:  
 legat, inquam, prius quam iudicet: Sequatur potius D.  
 Pauli & Hieronymi consilium, ut omnia proberet, & quæ  
 bona sunt, retineat, quam Hamelmanni, aut non lectum  
 ac probatum vitet & condemnet: quod iniquissimum  
 semper præiudicium est existimatum. Cauete à falsis Pro-  
 phetis (ait Dei Filius) Sed quomodo quis cauebit, nisi ta-  
 les esse constet? Ei si, γρῖτες (inquit) Ignatius antiquissimus  
 autor (quibus verbis proximè depingit plagiarios Schmi-  
 dlinicos & Hamelmanniacos) Ματθίλογοι καὶ φρεναπάται, ἡ  
 Στέινοι, ἀλλὰ χριστιανοί, ἀπόληπτοι περιφέροντες τὸ ὄνομα χριστοῦ, καὶ κα-  
 τακένοις. & λόγοι τε ἐναργεῖς, καὶ τὸν δὲ, περιπλέκοντες τῆς πλάτης  
 τῆς πλάκης περιστραχοῦσι, σπέρμα οἰνομέλιτι πάνδον περιαργύνντες, ἵνα δὲ πίνων  
 τῇ γλυκιλάτῃ πλαστοῖς πινθότοις τὸ γευστικὸν διέποιτι ἀρνιλάτως τῷ θα-  
 ρῷ περιπατεῖν, id est. Sunt enim quidam mateæologi, & im-  
 postores, non Christiani sed Christi mercatores, fraudu-  
 lenter venditantes nomen Christi, & cauponantes ver-  
 bum Euangeliij, sagittam circumlinentes dulcis erroris  
 oratione, & velut mulso aconitum miscentes, ut qui bi-  
 berit dulcedine illesto gustatu, imprudenter morte cor-  
 ripiatur. Cùm igitur falsos Prophetas ex fructibus (quo-  
 rum potissima pars iudicatur esse prava doctrina) ipse  
 Christus nos iubeat agnoscere, cur hac in parte Anti-  
 christus Hamelman hos fructus à suis cognosci non vult?  
 An vt nouum Papæ regnum, quod iamdudum affectant,  
 in quo libros de rebus sacris scriptos legere non licet, sibi  
 arroget? Nam hoc nunc in illorum quoque finibus non  
 minus, quam in pontificatu, yositatum & sanctitum est: vt  
 tantò facilius veritatem apud suos captiuam in menda-  
 cione detincat: Quisquis enim male agit, odit lucem. Haud  
 dubie ergo male sibi conscijs sunt: cuius iamdudum vel

sola nostra ~~ταρπησία~~, ac assidua ad legitimū & liberū Concilium (à quo ipsi quām maximē abhorrent) prouocatio, eos conuincit, Verūm hæc haec tenus.

Pergo ad Synodos, seu potius farragines Hamelmanni, quas Nicolaum Selneccerum euulgasse ait. Muti scilicet mutuò scabunt. Quanquam verò eas nondum perlegi: tamen quod & nuper à me scriptum fuit, impudenter & veteratoriè de Bremensiū dissidio refert; Quòd violenter aduersarios ex vrbe truserint. Quod mendaciū planè famosum, non verbis, sed verberibus, idque Magistratus decreto puniri debebat, si non fauor potius, quām Iustitia regnum administraret. Pari fide in alio quoque scripto, non totum quidem Reip. corpus, sed præcipuum eius membrum, hoc est, optimum integerrimumque virum D. Danielem à Buren, dignissimum Consulem, irreuerenter & mendaciter traducit, quasi is in conuentu an. 60. Bremæ instituto cum Morlino, Heshusio & plerisque alijs colloquens, mox obmutuerit: quum constet fide dignis & maximē idoneis testibus, Antagonistas potius obmutuisse, quum paucis quidem, sed solidis & cidentibus Consulis argumentis respondere non possent. De Iacobi verò Andreæ cum eodem Consule colloquitione quid attinet dicere? de qua ne Hamelman quidem potest referre, quām contulisse saltene eos inter se, neutrum verò alteri cessisse: Quanquam Iacob Anér. am non pudeat gloriari, se eis silentium imposuisse, scilicet verecundia, qua & discipulus eius Hamelmannus de alio colloquio retulit. Nec satis est, succedunt & his quasi Succenturiati Selneccerus, Keninitius (nam conspirasse crederes hos quatuorgloriosos, & celebres nostri temporis scriptorum Coryphæos, in vniuersi virtutis, moderati, ac tam de Republica, quām Ecclesia eius vrbis optimē merit

*Daniel à  
Buren Cō-  
sul Bremæ.*

meriti perniciem) cùmque grauiter accusant, & refrenunt dixisse, aduersarios Caluini tria tantum habere imponentia verba (puta, Hoc est corpus) quibus nitantrur, & suam causam defendant: quum certissimo constet, Burciniū, non aliter locutum esse, aut sensisse, quam D. Paulum, qui scripturæ verba perperam, sine que Spiritu intellecta, literam occidentem, & Euangeliū ut fidelibus odorem vitæ & potentiam ad salutem, sic infidelibus odorem mortis ad mortem solet vocare. Sed hæc isti fidei dominatores, piorumque accusatores simul & iudices, suo iure, ut sibi persuadent, agunt. Nam sicut ille dixit, Dolus an virtus: sibi, mendacium an veritas quis in hoste requirat, cogitant? Quod autem Hamelmannus Embdensis Ecclesiæ ministros contumeliosè Lucifugas vocat, quod cum Ligario disputare recusarint, id refellent ipsi suo tempore, si apertum menda cium iudicauerint responso esse dignum. Nos enim scimus non recusasse eos disputationē, sed locum duntaxat & conditionem disputationis, quam volebant hi publicè coram coetu, & in urbe fieri, quod etiam de Bremensibus concionatoribus, refertunt. Cum suo Iismaële Iodoco Glaneo scabioso formulæ concordia Omegæ, cuius Selneccerusest Alpha, Jacobus Andreæ trumque, id est, totus in toto legum atq; virum fector, conditor. Verum me iam prope modum horum futilitatis piget, dum illos non pudet. Quare decriptione Spiritus erratici, quæ est in II. Epist. Ignatij velut speculo, quo se ipsos contemplentur, eis proposita, finem faciam, in eoque saltem vincere meum Anatagostam Hamelmannum studebo, quemadmodum ille prior classicum cecinit, ita ego prior canam receptui. Sic autem habet Ignatius: Τὸν πλάγιον παντεῦμα διεύθυνε τὴν  
βίβλαν λέγειν τὰ γένη τον γένης, επειδή στόχος τῆς παντού, φεύδολος

1810751

58

χονύπερχει, ἀστατηλόνθωπειτικόν, κολοκυνίκόν, ὑπυλοφ, ῥαψωδόν, φλύαρος,  
ἀσύμφωνον, ἀμετροπέσ, γλίχον, θοφοδεές, id est, spiritus erraticus,  
& falsus se ipsum prædicat, sua loquitur, sibi namq; placet,  
se ipsum glorificat, plenus enim fastu est, mendax, frau-  
dulentus, assentatione & adulazione gaudens, sub-  
dolus, versuum consarcinator, nugax, in-  
constans, verbosus, lubricus, me-  
ticulosus.

F I N I S.





10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000